

Ad Dialogus

Syluestri Prieratis Regni
Palatii de potestate Pape,

Respōsio ff. Martini Lu-
ther Augustinēsis,
Quittenbergae.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, SYLVESTRO PRI-
erati, Ordinis Prædicatorū, Sacræ Theologiæ Professori
celeberrimo, Sacriq; Palatii Apostolici Magistro, F.
Martinus Luther Augustinianus, æternam in
Christo Salutem,



Erue nit ad me: Reuerēde Pater: Dialog⁹ ille
tuus satis superciliosus, & plane tot⁹ Italic⁹ &
Thomisticus. In quo etsi caularis, te iam se-
nem armisq; defuetū, denuo meis uerbis ad
certamen impelli, tamē uelut Entell⁹ ille de
me Darete (ut ais) referre paras uictoriā in-
sperato. nisi q; eo ipso Dareta magis q; Entel-
lum exhibes, q; rumores ponis ante salutem, & (ut dicitur) En-
comium ante uictoriam. Age igitur, fac quod facis, fiat uolun-
tas domini. Vale.

¶ Omitto fundamenta tua, quorum intelligentiam ma-
gis suspicor q; capio. Et more exemploq; tuo, mihi quoq; funda-
menta iaciam necesse est.

¶ Primū est illud B. Pauli, omnia probate, quod bonū est
tenete, & Gal. II. Si angelus de cælo, aliud uobis euāgelisauerit
q; accepistis, anathema sit.

¶ Secundū est illud B. Aug. ad Hierony. Ego solis eis libris
qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, ut
nullum scriptorem eorum errasse, firmissime credam. Cæteros
autē q; talibet doctrina sanctitateq; polleāt, non ideo uerū esse
credo, quia illi sic senserunt &c.

¶ Tertium, illud Cle. de pœ. & re. c. abusiōibus. Quæstorib⁹
nihil licere (in ueniis prædicandis) proponere populo, q; quod
in eorū lris p̄tinet, hoc ē, qd tu dicis, ea quæ Ecclia de fctō facit.

¶ His fundamentis, si me intelligis, simul intelligis, totū
tuum dialogū funditus euersum. Nam tu perpetuo uerborum
textu, non nisi nuda uerba ponis, aut solas opiniōes Diui Tho-
mæ mihi nunc demū decantas, qui æque (ut tu) nudis uerbis
incedit, sine scriptura, sine patrib⁹, sine Canonib⁹, deniq; sine
ullis rationib⁹. Ideoq; meo iure, id est Chriana libertate, te & il-
lum simul reiicio & nego. immo ita cogit me autoritas funda-

menti primi & tertii, & suadet exemplū Augustini in fundamēto Secūdo. Nam, si apud Iurecōsultos puerbiū recipitur, Turpe est Iuristā loqui sine textu, tu uide, q̄ sit honorificū Theologū (qui maxime oīm debet) loqui sine textu, quē Ap̄lus iubet calcēatū esse pedib⁹, in præparatiōe Euāgelii, & Episcopū potētem, non in Syllogismis & opiniōibus hominū, sed in doctrīa sana. nimis ea, quā alibi diuinitus inspiratā uocat. Hoc em̄ consiliū si fuisset seruātū, minus nunc Ecclia haberet inutilium quæstionum & opiniōnū & plus Euāgelii, & Christianæ ueritatis.

¶ Iam accedamus simul & iudicemur.

¶ Primo. Quatuor falsitates in tribus p̄clusionibus a me cōpræhensas p̄nuncias. Primū, q̄ saluator impossibile iusserit, scilicet, fideles oī tēpore habere actū p̄nitentiæ interioris uel exterioris. Cū enim dicat, Agite, nō loquit de habitu ali interiorē p̄nitentia, quæ sola perpetua est, & consequēter loquit de actuali interiori uel exteriori. Agere enim, uel est act⁹ uel non sine actū. ¶ Hæc tua. Vere tua sunt .i. adeo Scholastica & Thomistica/immo Aristotelica, ut me pigeat & tædeat ea confutare. Rogo, ubi hic Scriptura, patres, aut Canones sonant? Deinde miror, q̄ iuxta Peripateticā istā Theologiā uerbū illd̄ agite, nō ad solā internā actionē rettulisti. Item, qd̄ si & ego tua industria usus, te calūniarē & dicerem. Omnē uitam: quod ego posui: nō esse idem, quod oī tēpore, qd̄ tu interpretaris. Sed tamē admitto, nec duriter agam tecum, reuerebor canos tuos & dignitatē tuā, Rem ipsā tueri conabor.

Ideo paulo fusi⁹ hic tecum fabulabor, ut iam secundo totū tuum Dialogum subuertam.

¶ Primū, falleris Reuerēde pater ī uerbo/agite, q̄si id actum importet, quē p̄tra habitū distinguas. Idem est em̄, agite p̄nitentiā, quod p̄niteat uos, seu, ut ausus est interpret latinus Act. II. P̄nitementini & saluamini &c. Nam & gr̄aci Metanoite (quod p̄nitentiā agite, transferūt) resipiscite, seu ad mentē & cor redite, significat.

¶ Secundū, habitualis illa p̄nitentia, nec a uobis intelligibilis, nec uulgo tradibilis, nulla est apud me. Sed a uobis conficta ex Aristotele. p̄sertim, si qualitātē quandā in anīa perpetuā & ociosam intelligitis. aut doce eam ex Scrip, Patrib⁹, Canonib⁹

bus, rationib⁹. Nolo: ut scias: te, aut S. Thomã, nudos habere Magistros, in his reb⁹, quæ ad animã pertinēt, quæ solo uerbo dei uiuit & pascit, ideoq; unus est eius Magister Christus. Hunc autē in te loquentē non audio, sed Aristotelem & hominem.

Tertio, pessime facis, q̄ negas saluatorē impossibilia iussisse. pl⁹ q̄ pessime facis, q̄ hoc falsitatē audes appellare. Ideo enim semper orare oportet, Dimitte nobis debita nra, q̄a nūq̄ facimus, aut implem⁹ mādata dei. Nec possum⁹ in hac uita implere, Sicut B. Aug. locupletissime p̄tra Donatistas & Pelagianos testat^r. Sed & Paul⁹ Ro. VII. querit se captiuari in legem peccati. & nō facere bonū, quod uult. Similiter & Gal. V. Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spirit⁹ aduersus carnē. Hæc em̄ sibi aduersant^r, ut non ea quæ uultis faciatis. Istæ sunt inimicitia, quas posuit deus inter semen serpētis, & semē mulieris. i. inter carnem & spiritū, inter cōcupiscentiã & charitatē. Qd̄ ergo nō omni tēpore pœnitent⁹ & resipiscimus, uitiū est, licet impossibile sit fieri. Cōclufit em̄ deus om̄es sub peccatū, ut omniū misereatur.

¶ Quarto, Om̄es Doctores Ecclīastici sentiūt mecum, null⁹ autē tecum. Sic em̄ B. Aug. totã fideliū uitã, crucē & martirium esse p̄nunciat. Quẽadmodū & Job VII. Militiã seu tentationē uocat, uitã hom̄is super terrã. Et B. Bern. Stare in uia dei, & nō p̄ficere, est deficere. Et alibi, Vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bon⁹. Et hoc est, qd̄ in Psal. Vita iusti uocat^r, uia, semita, nō domus aut status, ut uitam eius quẽdã cursum, & nō statum esse doceat. Sicut de Christo oīm iustor⁹ archetypo dicit. Exultauit ut gygas ad currendã uia. Sed hanc uia semper currere, nō potest homo, nisi dilatef cor eius. iuxta illud, uiam mand. tu. cucurri, cum dilatasti cor meum. Hæc est illa Renouatio mentis, quã Ap̄lus Paul⁹: nō ut tu: intermittendã, sed de die in diē, de claritate in claritatē, in eandem, quæ in Christo est, formã, promouendã docet. Sed nō ex nobis, immo sicut a spiritu domini &c. quia p̄ceptum est impossibile &c.

¶ Quinto, In om̄i bono opere, poti⁹, agunt, q̄ agūt filii dei, sicut Ro. VIII. dicit. Qui spiritu dei agunt, hi filii dei sunt. Et ea opera: oīm, qui remotiorē Theologiã gustauerūt iudicio: sunt optima, quæ sine nobis, in nobis operatur Christus. & ea fere pessima, quæ, iuxta Aristotelis pessimã doctrinã, nobis eligen-

ribus, & (ut uocāt) libero arbitrio mediante, operatur. Sic em̄ fit, ut optime ieiunet, qui alia meliora meditatus, ne cogitat quidē an ieiunet. Hic em̄ longissime omniū, ab edendi cupiditate separatur. Non autē ita, qui se sentit & proponit ieiunare. Ita qui sancta meditatur, aut ea, quæ suæ sunt uocationis, operatur intentus, quibus, cum a uitiis abstrahit, uel abstractū cōseruat, sine dubio uerissime pœnitet, si tamē id amore dei, nō sui causa faciat. Quia id demū est uiuā & uerā pœnitentiā agere, animū a uitiis propter deū separare, & separatū seruare, magisq; separare. Tu uero, qui sacramentalē illā & initialē pœnitentiā ob oculos tantum uersas, cui⁹ feruor & tumultus durare nō potest, sine miraculo, inuenisti impossibilitatem.

¶ Secundā falsitatē meā ita pronuncias, Verbū Christi dicēris, pœnitentiā agite, nō potest intelligi de sacramentali pœnitentia. Hanc falsitatē esse, sic ostēdis. Tripliciter (inquis) pœnitentia dici cōsueuit. Primo, est uirtus quædā, cuius obiectū est p̄ctm̄, sub ratiōe emēdabilis. actus uero eius est dolor uolūtatis de peccato, Ipsa uero est habitus moralis, eliciēs dictū actum, respectu prædicti obiecti. Secūdo, pœnitentiā est sacramētū cuius partes sunt, Contritio, Cōfessio, satisfactio. Tertio, accipitur uulgariter, p̄ satisfactione iniuncta a sacerdote, & omni carnis mortificatione &c. Hæc Syluester.

¶ Martinus. Iste ne est quæso Cæstus ille, immanis corpore Entelli, quo audaculum hunc Dareta, cruentabis? Doleo & iam pœniteo me adeo cōtempfisse quendam tuæ sectæ patrem in nostra Germania, qui p̄tra meas easdē Positiōes, & ridicule, & inepte pugnauit. Lōge tamē acutius & docti⁹ q̄ tu. Et nisi canos tuos uererer (sicut me decet) profecto hanc tuam distinctionē, pro dignitate tractarem.

¶ Primo, quis dedit tibi, aut Diuo Thomæ hanc potestātē, ut uerbū simplicissimū, simplicissimi & unici Doctoris Chri, in tres diuideres sectas? Hoc cine est Scripturā interpretari, an poti⁹ dilacerare? Qua Scrip. quibus patribus, quibus rōnibus hanc distinctionem stabilies quæso? Thomæ, nō credo. Syluestrum, & si Palatii Magistrum, nego.

¶ Secundo, iterū ructuas Aristotelicā philosophiā de uirtute morali, de obiecto, de actu elicitō. quasi ego talia nunq̄ audie-

rim, deinde quæ talia sunt, ut in populo doceri non possunt, nec ad Scripturæ intelligentiam utilia, porteta dumtaxat uerborum, non nisi ad contentiones fouendas conficta.

¶ Tertio, pœnitentiã uirtutē/dolorē uoluntatis definis. Qua rogo autoritate? Tua? Quid hæc ad Martinum?

¶ Quarto, quod est oim acutissimã, immo immanissimus cæst⁹ Entelli, q̄ pœnitentiã primo mō uirtutē, distinguis a pœnitentia tertio modo, quã uocas, omnē carnis mortificationē. Ergo pœnitentia uirtus nō mortificat carnē? Quid ergo facit? Vi uificat carnē? uel finit uiuere carnē? Quod aut non mortificet carnē, tua illa pbat acutissima distinctio, quia pœnitentia primo modo, nō est pœnitentia tertio modo. Hoc si intelligo. Pœnitentia dolor uolūtatis, qui uere mortificator carnis est, nō mortificat carnē. Si hæc German⁹ diceret, frigidū cœlū culparem. Nunc, quia Italus hæc dicit, sub ardenti cœlo degens, quid præ tendam, nō inuenio. Nisi q̄ uege te in Ep̄la dicere credo, scilicet te & senem esse, & in cōmentariis Thomæ, non tam implicitum, q̄ immersum, immo submersum.

¶ Quinto, Pœnitentiã secūdo modo satisfactionē etiã esse dicis. Item tertio modo satisfactionē esse dicis. Et primo mō si est dolor uoluntatis, non potest fieri, quin & ipse dolor satisfactionem operet. Rogo, quot nobis tandē distingues satisfactiones? Hæc ideo impugno, ut hanc tuã distinctionē, denuo septem aliis noue confictis distinctionib⁹ defendas, more sacræ scholasticæ Theologiæ. Et tum dicas, omnes nihilominus in uerbo Ch̄ri intellectas. ut persuadeas mihi, doctrinã Ch̄ri sine Thomæ & Syluestri distinctiōib⁹ intelligi nō posse, id em̄ op⁹ est ut persuadeas, Qui Christū, nisi sine Thōa, itelligi uix credo.

¶ Sexto, Libera me quæso ex his angustiis meis, Si uerbū Christi potest intelligi de sacramentali pœnitentia, p̄sertim tertia eius parte, idest satisfactiōe. Verbū aut Christi est p̄ceptū immutabile, Quomō fit, ut sacerdotalis potestas, sacramentalē satisfactionē mutet, dando indulgentias & remissiōes satisfactiōis? Nonne uides, uel aliã esse satisfactionē sacramentalē, quã Papa remittit, sc̄ Eccl̄iasticã. uel si eadē est, nullas esse prorsus remissiōes, & indulgentias esse meras illusiones, & simulatas remissiōes? Nō em̄ remittere pōt homo, qđ deus p̄cepit & ligauit.

¶ Septimo, Si satisfactio cōprehendit in pœnitētia secūdo & tertio modo, utraq̄ aut̄ est quæ a sacerdote iniungit̄, Rogo quō stabit hæc distinctio? Sacramentalis em̄ satisfactio nō est nisi quæ a sacerdote imponit̄, & eadem est (te autore) quæ tertio modo accipitur. Iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio. Aeneū em̄ caput, & nasum ferreū habeo, i. indocile & nō capax tantæ tuæ Theologiæ ingenium, si ita placet.

¶ Tu nunc uide, quō uerbum Chri non solū posse, sed debere etiam itelligi, de qualibet harū triū pœnitentiæ, cōtendas.

¶ Tertiam falsitatem meā persecutus dicis. Tertia falsitas est ad hominē, id est, ad te. Qz scilicet Chrus nō intendit loq̄ solū de interiore pœnitētia. Hoc em̄, in se qdē, uerū est. Sed tibi, qui uis Christū his uerbis indicere Pœnitentiā in omni uita, de exteriori non pōt intelligi, quā oportet intercidere somno & gaudio, gaudēdo cū gaudentib⁹, & hmōi. unde tibi solū de interiori pōt intelligi, non om̄i sed habituali. quia etiam interiorē actū lib. arb. dormiētes necessario itercidim⁹. Hæc Syluester.

¶ Credo hæc tibi acuta & firma uideri. Placet aut̄ q̄ dicis falsitatē esse ad hominē (id est ad faciē & apparentiā) reuera aut̄ ualidissimā ueritatē. De habituali pœnitētia, & om̄i uita agēda, supra satis dixi, quæ & si non fit om̄i uita, debet tamen fieri om̄i uita, ideo em̄ peccam⁹. q̄q̄ ii qui sunt in grā, nullo momēto sunt sine pœnitētia, tam exteriori / q̄ interiori, quia sc̄tificāt se ab omni inquinamento carnis & spūs, licet & carnificinā illā consistamq̄ hypocrisim non faciant.

¶ Id non satis admirari possum / q̄ aperte negas pœnitētiā in gaudio agi posse, cum pœnitentia eo sit purior, quo fuerit hilarior & iucundior, hilarem datorē diligit deus. Sed Ap̄sum quæso rephende qui Thessalonicētib⁹ p̄cipit. Semper gaudete ī dom̄io. Et P̄sal. Semper laus eius in ore meo. Dic rogo, ut aliquando etiā plorent, & maledicant ī dño. Igitur semper in domino gaudendū, semper in nobis plorandū. In deo habemus unde gaudeam⁹. In nobis, unde lugeam⁹. ideo sit gaudiū in luctu, & luctus in gaudio. gaudiū ī abscondito, luctus in cognito. Sed hæc non sunt Scholastica, ideo differo in aliud tempus.

¶ Qz uero dicis. Vel in somno intercidere necessario actus pœnitentiæ. Agnosco egregiū Aristotelē in te ex Ethicis suis fa-

bulatē, ubi dicit. q̄ miser & fœlix dimidio uitæ nihil differunt, uterq; em̄ dormit nocte, id est, nihil agit, uel fœlicitatis, uel infœlicitatis. Quō potest tibi uera Theologia placere, cui placet tam insipiens Philosophus? Audi Apostolum Paulū ad Ro. Qui manducat, dño manducat. qui non manducat, dño non manducat. Et iterum, Qui uiuit, dño uiuit. qui moritur, domino moritur. Sic & ad Corinthios, Non estis uestri, Empti enim estis precio magno. Hūc, rogo, liceat imitari, & dicere. Qui dormit, dño dormit. Qui uigilat, dño uigilat. Et alibi, siue comeditis, siue bibitis, om̄ia ī noīe domini n̄ri Ihesu Christi facite. domino autē dormire, credo, nō negabis, esse dei uoluntati parere. uoluntati autē dei parere, optima certe pœnitentia, & a uitiis purgatio est. Puto etiam q̄ dormiēs uiuat, si uiuit, certe domino uiuit, ut hic dicit Ap̄lus. Item quō audes dicere, dormientem fidelē, esse uacuū actibus bonis, qui tum maxime bonis actibus plen⁹ est, q̄n deum in se quieto agere patitur, & sabbatū domini celebrat? Sed sisto, nescio em̄ an Thōistica Theologia hanc Theologiam unq̄ senserit. Paulia em̄ est, nō Peripatetica.

¶ Quartā falsitatē meā tandē hanc ponis. Qz pœnitentia interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes (Sic enim ego posui) Immo, inquis, exterior pœnitentia nulla est sine interiori, interior autē sola potest hominē saluare.

Sed hanc falsitatē meā tu ipse tollis & dicis, potest tamē hoc dictū tuū uerum, & a saluatore intentū habere sensum, scilicet, q̄ omnis interior pœnitentia, operatur uarias carnis mortificationes exterius, id est p̄ loco & tempore &c. Gratias ago tandem quia me defendis. Hic p̄cordam⁹ aliquā tū, sed rursus repente dissentis d. Hic autē sensus, tibi uidef̄ impossibilis. Hic ego, tibi uidef̄ impossibilis. mihi uero est nō tm̄ possibilis, s̄ & in eē semper: ut Peripatetice tecū loqr̄: Quia oīa iusti opera sunt pœnitentiæ, id ē mutatiōes & renouatiōes de die in diē. Hæc autē nō possibilia modo, sed necessaria quoq; sunt, nisi sis de nonagita nouē iustis, qui pœnitentia nō indigent. aut fortius Pharisei, qui non est sicut ceteri hominū. Nā nos cum Ecclesia congeminus assidue, Erraui sicut ouis quæ periit, quære seruū tuum. & cū publicano, uocē turturis sonamus, deus propitius esto mihi peccatori. Et cū Iob, ueremur omnia opera nostra. Et dimitte nobis

debita nostra, cū omnibus sanctis dicimus, non solū uerbo, sed corde & opere. Semper enim in timore dei agimus, Timor autē principiū est sapientiæ, idest mutatio de insipientia ad sapientiā, quæ est uerissima pœnitētia. Factis ostendit se nō egere pœnitentia, ait Bern, qui non assidue ad pœnitentiam festinat. Tuā tamen sententiā nō damno, qui nō nouisti aliā quā sacramentalē illam, & nescio, quanto tempore dūtaxat durantem, Nos, nec continuam istam semper agi a nobis pro debito dolemus & confitemur, ideo & pœnitemus simul, & non pœnitemus satis. Hæc rogo uerbosissime a me tractata boni confulas, quia necessariū fuit tibi ostēdere, q̄ nihil meas positiones caperes, & q̄ frustra ex tam infirmis principiis totum hunc Dialogum deduxeris. Nihil uideo relictū in dialogo, quod non ex his abunde confutatū iā sit. Sed sponte mea latius tecū agam.

Ad p̄positionē meā quartā, dicis, doctrinā hāc esse falsam, impossibilē, & erroneā, nisi pœna intelligat̄ p̄ exteriorē mortificationē, p̄ loco & tēpore. Satis iam dictū est, Exteriorē pœnitentiā esse debere assiduā, & si fieri nō pōt, quo ad act⁹ pœnitentiæ a te intellectos, fieri autē pōt, quo ad act⁹ a Ch̄o doctos, id est, quos Ecclesia remittere nō possit. hi sunt renouatio mētis de die in diē.

Vera ergo pro tua opinione dicis, Sed nō probas meā sententiā falsam & impossibilē. Illud uero nō possum tolerare, quod dicis, improprie a me dici, odium sui, q̄tum ad uere pœnitētes attinet. Nullus enim imbutus gr̄a diuina (inquis) odit se, sicut nec proximū, quem ad instar sui diligit.

Libens permitto, ut cū tuis, de odio sui, propriissime loquaris. modo permittas mihi, ut cū dño Ihesu Ch̄o improprie loquar, q̄n dicit. Qui odit animā suā in hoc mūdo, in uitam æternam custodit eam. Et cum Ap̄lo Ro. XV. Non debemus nobis placere. Et iterū. Nō qui seipsum cōmendat, ille p̄bat⁹ est. Tu uero cum persuadeas, uere pœnitentes sese diligere, necessario cōcedes, ut & cōmēdēt sese tāq̄ uere diligibiles, bonos, iustos, sapientes, & sic sibi placeāt. id autē nihil aliud est, q̄ cū Pharisæo horrenda superbia, nō pœnitere, sed irridere deum. Sic enim docetis infœlices discipulos Scholastici Theologi, superbire scilicet & perire. Seu latior est ista materia, q̄ nunc patiatur negotiū tractare. Error em̄ & ignorantia dilectionis, longe lateq; ni-

B

nis multos peruasit, maxime doctiores.

Ego sic sapio, q̄ homo Christianus seipsum nō diligit, nisi in deo. in seipso uero, non nisi odiat. hoc est, q̄ cum ipse sit mendax & uanus, deus autē uerax, nihil eorum, quæ ipse cupit aut nouit, diligit. sed omnia, quæ sibi contraria sunt, quærat. Nihil autē est contrariū mēdacio & uanitati q̄ ueritas. ita fit, ut dum se odit, & sibi semper cōtraria amat, uerissime se diligit. non in seipso, sed in ueritate, quæ mendaci sibi est contraria. Sic sancti, crucē, mortem, stultitiā, ignominiā dilexerunt & cupierunt, quibus tamē ipsi nō nisi perdebantur, quia seipso in nihilū redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. Et hoc habēt uerba Christi, Qui perdidit animā suā propter me, inueniet eam. Proinde, quando Christus dicit, proximum diligendum instar sui, meo iudicio, de peruerso & incuruo amore loquitur. quo homo quærit non nisi quæ sua sunt, qui amor non rectificatur, nisi omittat quære quæ sua sunt, & ea quæ sunt alterius, quærat. Hæc sentētia est B. Pauli Epist. V. Nō quæ sua sunt cōsiderātes, sed quæ aliorū. Et. I. Corin. XIII. Caritas nō quærit, quæ sua sunt. His uerbis manifeste phibet amorem sui. Ideo sensus præcepti esse uidetur, Diliges proximū tuū sicut teipsum, id est, diliges te solū & peruerse. si autē amorē eiusmōi in proximū tuū dirigeres, iam uere diligeres. quod ex eo patet, quia nō præcipit ut homo diligit se, quod utiq; fecisset, si bon⁹ esset amor sui. sed inuit amorem sui, & alio transfert, & ita rectificat. Et heu rem fontibus lachrymarū dignissimā, q̄ hac amoris scientia, tam uacui sunt omnes ferme doctores scholastici, ut pro sancta Charitate, fœdissimā cupiditatē doceant. Nec altius incedunt, q̄ ille paganus qui dixit, Proximus esto tibi. quod tamen alius rursus gentilis Terentius damnauit.

Illud qđ ais, Nullus imbutus grā & uere pœnitēs odit se, uideatur inferre, q̄ uacuis grā odiat se, quod tamē ē p̄tra omēs Scripturas, quæ ubiq; detestātur eos, q̄ seipso amant. ut. II. Thimo. III. & illud, Oēs quæ sua sunt, q̄runt. Inde etiā apud tuos mgros damnatur affectus cōmodi, Itē fruitio creaturæ, usus dei, & abusus rerum, Amor male accendens &c. Nisi illud Psal. X. te moneat quo dicitur. Qui diligit iniquitatem, odit aīam suā. licet in Hebr. sit, odit anīa ei⁹, scilicet dei. tamē permitto, q̄ odit anīa

ma suam. Sed hoc facit pessime diligendo animam suam: ut B. Aug. Iohis. XII. interpretatur: Amor ut pereat, odium ne pereat. Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi quod scio uoces has, raro pro ueritate intelligi.

C Contra Quintam propositionem meam ubi dixi, per indulgentias non remitti poenas, nisi arbitrio sacerdotis uel Canonum impositas, Dicis, me circa factum Ecclesiae male sentire, & a Sanctis dissentire, ideo conclusionem meam: tuo iudicio: haeticam esse. Hic si te interrogem, qui sint illi sancti, & quod factum Ecclesiae, Non uideo quid dicas, Nisi quod Sanctum Thomam nomines, cum quo te remitto ad fundamentum meum primum & secundum. Nam ego non capio, quomodo in isto uerbo Christi, Quodcumque solueris &c. Petro sit datum priuilegium. Non enim priuilegium, sed lex generalis & irrefragabilis data est, non Petro tantum, sed omnibus prorsus sacerdotibus & toti ecclesiae. Cur ergo tu cum Thoma tuo id soli Petro arrogas, & ita arrogas, ut priuilegium appelles? Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere poenas purgatorii, cur non & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretandi euangelii? Secundo, quod duo supposita facis, Primum, quod ecclesia per indulgentias concedat liberationem unius animae. Secundum, quod ecclesia facit indulgentias simpliciter plenarias, ita quod anima euolare soluta a corpore &c. Respondeo, uide tu Re, P, ne supposita illa tua, sint apposita per te, & humanum diem. Redde rationem huius fidei & spei, utinam uera diceres. immo absit, ut uera dicas. quasi in manu ecclesiae sit, animas liberare, quando & quomodo uoluerit.

Tertio, Doce me unum factum ecclesiae, in quo dedit liberationem unius uel plurius animarum, nisi Criptas forte S. Sebastiani & Laurentii ac Pudentianae, aliaque Romana loca mihi recitabis. Sed tu uide, quid ipsi uos Romani de his locis sentiatis. Deinde, quot fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcumque coeperint. Sed de iis latius in declarationibus meis. Interim ego fateor me usque hodie, in hac re dubitare. Nec sum haeticus, si negatiuam teneo, donec determinetur a concilio. Quarto Cle. de pe, & re. c, Abusionibus, manifeste dicit glosa in uerbo mendaciter, ideo non extrahi animas per indulgentias, quia sunt iam iudicio dei subiectae. Hunc interim textum decretalis: id est papae: id est factum ecclesiae (ut tu dicis) sequar, cui consonat euangelium,

Quodcūq; solueris super terram, non sub terra, non obstante quorundā uiolēta adulanteq; glosa contraria. Nec uidi aliquā Bullā quæ aliter habeat, nisi q̄ per modū suffragii, animas redimi passim dicitur, de quo ubi supra. Sed tu, qui contra me disputas tanta alacritate, ut ipsa læticia tibi influat ueritatem. tanta fiducia quoq; ut Satanā ip̄m non extimescas, eo maxime scilicet inuictō robore fretus, q̄ de facto ecclesiæ non licet male sentire, Vnum id responde, cū qua ecclesia, & tu, & Thomastri tui sentitis in facto ecclesiæ, de conceptione b, uirginis? Num cum uirtuali? num cum repræsentatiua? num cū essentiali? nū cum exule illa & a te proscrip̄ta, quæ est conciliū generale? Si ergo licet tibi non modo non bene, sed contra sentire in facto ecclesiæ, quia opinionē tenes nondū reprobata, Cur ego nō permittor a te dissentire in opinione, neq; determinata, neq; reprobata? præsertim cum tu nihil pro te habeas, nisi nudam S. Thomæ narrationem. Ego autē clarum textū Cle. & aperta uerba Euangelii. Deinde Gersonē, qui multis annis posterior Thomā, dicit opiniones esse ad utramq; partem probabiles in hac re. Ad hæc, penes me sunt aliquot eruditi & acuti tractat⁹ quorūdam in Germania, qui etiā damnant tuā & S. Thomæ sententiā.

Quinto, q̄ ponis casum, si peccator teneatur ad pœnā a sacerdote iniūctam, itē a Canone iniūctam, item a deo iniūctam, tūc sequi ex mea propositione, talē percepta plenaria indulgentia non euolare, aut non liberari a purgatorio. Et ita de facto ecclesiæ male sentio, & hæreticum sapio.

Respondeo, Tu quoq; uide, ne de facto ecclesiæ tam bene sentias, ut factū dei pessundes. Idcirco, pono tibi rursus casum, Si peccator sit plene & uere contritus, ideoq; facto dei omnes pœnæ sint ei remissæ, quid cōfert huic remissio plenaria? Si autē non est plene contritus, quid proficit ei remissio plenaria, cum maneat imperfecta ibi charitas iustitiæ, imperfectum odiū peccati? Sed latius ista in decla. totus enim es Thomista, nihil probans, neq; allegans. De pœnis tantummodo multiplicas uerba, quas contemnit Charitas. de cōtritione, pene nihil dicis, quæ diligit pœnas. Sexto, Non credo usq; hodie per clauē remitti pœnas a deo inflictas, & ratiōes meas uidebis in declarationibus, nec tu unq; id poteris probare, sine probatiōe

autem tibi nihil prorsus credo. Et, ut animū meum scias, Mihi uidetur id in grauissimum ecclesiæ ludibrium uergere, si ea doceamus, de quibus nullam prorsus rationē reddere possumus. Nec satis ibi esse credo etiā factū ecclesiæ (quāq̄ hic nō sit factū ecclesiæ) quia tam Papa q̄ Conciliū potest errare, ut habes Panormitanum egregie hæc tractantem li. i. de cōst. c. significasti. Ideo fundamēta tua, ubi distinxisti ecclesiā, in essentialē, repræsentatiuā, uirtualē, ut iacet in uerbis, nego, & pro nihilo habeo. Tua enim sunt, id est, sine scriptura & autoritate ulla prolata. Ego ecclesiā uirtualiter nō scio/nisi in Ch̄o, repræsentatiue/nō nisi i Cōcilio. Alioqn, si qcqd facit ecclesia uirtualis, id est Papa, factū eccl̄iæ dicis, obsecro, quāta mōstrā Eccl̄ia p̄ bñ factis numerabim⁹? Nōne Iulii secūdi, horrendas Ch̄iani sanguinis effusioēs? Nōne Bonifacii octauī tyrānides/in toto, orbe abominabiles, & per omnes Chronicas pulsatas? De quo extat p̄ uerbiū. Intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, mortu⁹ est ut canis. Nō eo nobis tandē persuadeas, ut sub nomine repræsentatiuæ & uirtualis Eccl̄iæ, omnia illa iam diu intolerabilia portēta in Ecclesia, p̄ factis sanctissimis Ecclesiæ colamus? Ne uerum facias quod nri Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dialogo, nō tam Martinū refellere, q̄ Pōtifici & Collegio Cardinalium adulari uoluisse. Si aut̄ Papa est uirtualis Ecclesia, Cardiales repræsentatiua, collectio fideiū essentialis, Quod uocabis Cōciliū generale Ecclesiæ? nō est uirtualis, nō repræsentatiua, nō essentialis, Quid tum? fortasse accidentalis, nominalis, & uerbalis Ecclesia.

C Septimo, Nouam hanc Thomæ tui intelligentiā reiicio, qua illud uerbū Christi, Quodcūq; solueris &c. sic intelligendū proponis, ut Petrus soluere possit, etiam a deo infligtas pœnas.

Iterum quæro, Qua autoritate, qua industria, hanc intelligentiam, ex istis uerbis trahes? Cur nō B. Thomas tuus tecum relinquit eum sensum, quē Ecclesiastici patres, p̄sertim Ch̄isost, ad Hæbreos tenuerunt, ut iis uerbis nihil aliud Christus uoluerit, q̄ q̄ ligationē & solutionē Petri, fideles non secus habeant, ac si Christus ipse ligaret & solueret, hoc est ratificauit ligationē & solutionē eius in terra. Quo non fit, ut aliquid Petrus soluat in cœlo uel extra terram. Aut cur non astruis etiam ligare posse Pe-

trum, & pœnas a deo infligtas infligere, cū sit utraq; potestas una & æqualis? Corrige ergo uerbū Chri, & ita doce, Quodcūq; ego ligauero in cœlis, tu solue super terram. Hanc enim tuam esse intelligentiā in uerbis Chri, euidentis ē. Sed q̄ absurda & impia eadem sit, credo uel palpare potes. Igitur facias quod facis. Ex istis uerbis Chri, nunq̄ aliud pbabis, q̄, quicquid Petrus nō pōt ligare, id nec soluere pōt. quis, quicquid ligauerit & soluerit, tanq̄ deo ligante & soluente, obedire teneamur. Ut salua sit unitas Ecclesiæ suæ, quam iis uerbis constituit.

Octauo, Inducis S. Thomā, q̄ fm meā opinionem Ecclesia huiusmodi faciens indulgentias, magis damnificaret homines, q̄ iuaret. quia absoluēdo ab iniunctis pœnitētiis, remitteret ad grauiores, id est, purgatorias. Hæc S. Thomas.

¶ Respōdeo, siue hæc S. Thomas, siue ali⁹ dicat, nihil ad me per fund. meū primū, secundū, & tertiu. Opinio est tantū, nondum decreta ueritas. cui si interim p̄tradixero, nō ero hæretic⁹.

¶ Secūdo, uellem a B. Thoma doceri, qua dialectica stet ista p̄sequētia. Ecclesia remittit solū iniunctas pœnitētiās, ergo remittit ad grauiores, id est purgatorias. Vos Thomistæ graui ter estis rephendendi, qui sancti huius uiri opiniōes, & sapi⁹ falsas meditatiōes, nobis p̄ articulis fidei audetis statuere. Et id unice curatis, ut sicut nihil p̄ter Thomā dignamini uestra lectione, ita nihil uultis in eo falsum uideri. in qua sentētia iam diu p̄tra omnes Vniuersitates, & totum fere mundum contenditis.

¶ Tertio, fundamētū Thomæ falsum iudico, scilicet, q̄ deus requirat pœnas a p̄tōre. nec remittat, nisi requisita satisfactōe.

Cōtra, uerum est, q̄ spiritū p̄tribulatū & p̄tritū nō despicit. Et qd̄ remittit, totū remittit, nisi forte flagella adhuc p̄ suo arbitrio iferat, quæ, nec Ecclesia, nec cœlum relaxare pōt. Ideo quando Ecclesia remittit iniūctas pœnitentias, nō ad grauiores remittit. Quia nō habet potestatē remittere ad alias pœnas, ul' nō remittere. Sed de iis in p̄batiōibus meis. Inique itaq; mihi imponis, q̄ detruncem priuilegiū ecclesiæ, & hæresim sapiat ea p̄positio. Tu potius uide, an non in deum sis impius, qui, ut potestatem Ecclesiæ uana adulatiōe extollas, in p̄iudiciū diuinæ potestatis extollis, Id ei tribuens, quod solius dei est. Quare mihi ignosce quæso, si tam sollicitus sum p̄ dei honore & potestate

defendenda, q̄ tu es pro Ecclīæ potestate eleuāda. Et expectem⁹
uterq; in hac re sententiam & determinatiōē Ecclīæ seu cōcilii.

Miror autē, Cur hāc potestātē Ecclīæ te appellare priuilegium
delectet, nisi q̄ titillare uideris eos, q̄ magis de potestate domi-
nante, q̄ de charitate seruiēte glorianf; Siquidem priuilegium,
non ad cōmunitatis ministeriū, sed ad pprietatis cōmodū per-
tinet. Et hanc gratiā debem⁹ Scholasticæ uestræ Theologiæ, qd̄
cōmune bonū Ecclīæ: potestātē clauū: nō ministerium multo-
rum, sed dominiū feceritis paucorū. Tyrannidē ethnicam, non
seruitutem Christianā spectantes.

¶ Nono, Idem dico ad illud, q̄ sequeret animas magis dam-
nificari, q̄ iuari per indulgentias plenarias, quia remitterentur
ad grauiores. Obsecro te, Quid Ecclīa ad hoc facere pōt, q̄ anīa
uadit ad purgatoriū? Ipsa absoluit eam a suis pœnis, nō remit-
tit ad purgatoriū, facit quod potest. si hoc non sufficit, defect⁹
est anīæ migrantis, non Ecclīæ absoluentis. non em̄ potestas
Ecclesiæ, sed fides purificat, saluat, liberat aīam ab omnib⁹ ma-
lis. Quæ fides ab Ecclesia dari non potest.

¶ Decimo, illi damnificant anīas, qui omittunt eis persuadere
plenam fiduciā in Ch̄o, & p̄temptū pœnarū. Et non nisi mag-
nitudīe pœnæ terrēt, & pusillanimes faciūt. quatenus uirtutē
potestatis magnificent, q̄ tanta mala possit tollere. Da animā
imbutā charitate, Et erit dura sicut infernus æmulatio eius.

¶ Contra p̄clusionē meam Sextā, Vbi dixi, Culpam nō pos-
se remitti potestate Clauis, nisi declarando uel approbādo &c.
Latissime resolui meīpm in hac materia, ut uidebis ī declarati-
onib⁹, q̄a & ip̄e hāc p̄clusionē aliorū sentētia, nō mea, sic posui.

Tua autem p̄futatō prorsus nihil est. Dicis enim, q̄ Attriti
uirtute clauium: iuxta sanctorū interpretatiōē, forte sancti Tho-
mæ: fiunt p̄triti. Et ideo non modo Papa, sed quisq; sacerdos
dimittit dispositiue & ministerialiter.

¶ Respōdeo, primū, siue sācti sint, siue p̄ctōres, qui sic loquū-
tur, nihil moror. hoc scio, quod errāt. Error inq̄ est, q̄ attri-
tus fiat contritus uirtute Clauium. Quia: ut ait Ap̄tus: Oportet
accedentē credere. Fides autē nō solū p̄terit, sed etiam iustificat.
Impossibile est enim, q̄ digne accedat ad sacramentū, nisi iam
iustificatus & uere p̄tritus. Vnde illud cōmentū de attritione

satis late uagans / figmentū est, & nihil in re natura, nisi simulationē forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignū faciat sacramēto. Quid dicā? Etiā iste tuus Dialogus p̄firmat sententiam meā, iam diu mecū moratam. Quod uidelicet Theologia illa Scholastica, exulem nobis fecit, ueram & synceram Theologiam. Nam uides, q̄ perpetuo hoc Dialogo, nihil ago, nisi q̄ resisto & redarguo Scholasticā Theologiam, id est falsam Scripturæ & sacramentorū intelligentiam.

¶ Secūdo. Tu ipse cogere dicere, quod omnes oīum facultatum dicunt, scilicet, a solo deo remitti culpam. Quō ergo uirtute clauium uenit p̄tritio? quæ sola uirtute græ dei uenire ab omnibus dicitur? Vide ne tua p̄futatō magis sit hæretica q̄ mea p̄positio, licet p̄futor forte nō sit hæreticus. Si autē sola grā dat p̄tritionē, quid faciunt Eccl̄iæ Clauēs, si non declarant, uel approbant grām, quæ eas iam p̄uenit? immo nullus uenit ad sacramentū sine fictione, nisi grā eum mouente ad sacramētū.

Aut Respōde: Re, Pa: cur ante & nō post baptismū, q̄ritur baptismus an credat? Cur absoluendū q̄ritur an doleat digne de peccatis, anteq̄ absoluat? An noua iterū Theologia, materiam sacramēti p̄nitentiæ non p̄tritū, sed attritū pones? Ergo cōtritio nō est prima pars p̄nitentiæ, s̄ posterior p̄fessio. Et tamē omnes dicunt, q̄ Confessio sine p̄tritione nulla sit. An forte postq̄ fuerit absolutus, id est sacramentū p̄secutus, & uirtute clauium contritus, tum demū incipiat repetere cōfessionē? Quod si hæc Theologia uera est, meū fuerit p̄siliū, ut quilibet peccator prius absoluatur, q̄ cōfiteri permittatur. Et ita omnia peruerso ordine (ita uult Scholastica Theologia) agam⁹, absoluēdo etiam qd̄ nescim⁹. deo grās, immo ue nobis miseris, qui tantā fiduciam in creaturā ponimus, & Clauibus tantam uirtutē tribuimus. Sed nō permittit dolor & negotiū omnes errores in hoc sacramentū inuectas per traditiōes hominū/percensere, occasionem dedisse, meliora ualentibus, sufficit. Igitur nūc quatuor sunt partes p̄nitentiæ scilicet, Attritio, cōfessio, p̄tritio & satisfactio. adeo p̄fecit Theologia, adiutorio Philosophiæ.

¶ Cōtra p̄clusionē septimā, ubi dixi, Nulli remitti culpā nisi subiecto sacerdoti, quā cū ueram assereres, & tamen inculpatā dimittere nō uelles, eo me saltē uituperio fœdasti, q̄ leprosum

appellasti, quia misceré aliquas ueritates falsitatibus. Gr̃as ago, q̃ aliquñ, licet cum opprobrio, ueracem me cõfiteris. Sed id admiror, quid acciderit uobis Thomistis, ut tam diuersum sentiat. Hanc em̃ meam p̃clusionem Thomistæ, & tuæ sectæ fratres in Germania, miro zelo detestantur. An alium habeatis Thomam in Italia, & alium in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspicionem facere uultis, q̃ nec Thomistæ Thomã, nec Thomas Thomistas intelligat.

¶ Ad Octauã dicis sicut ad septimã, id ẽ, esse uerã, sed mixtã aliis falsis, ideo me leprosum & maculosum. Dico & ego sicut ad precedentem. Conueniat primũ Thomistis inter se, & tunc pugnent p̃tra me. q̃q̃ miror hãc p̃clusionẽ te nõ reprobare, cum tam mltis persuasum sit, eam esse falsam.

¶ Ad nonam, ubi dixi, excipi articulũ mortis & necessitatis in decretis Papæ, Recte me dixisse sentis, sed nõ apte seu apposite. q̃ illa exceptio intelligatur, nõ quo ad impositionẽ pœnitentiæ, sed quo ad reservationẽ casuum. Primo, Manhus quid hic audio? supra me sunt quæ dicis, ideo non possum ad ea respõdere. Si Papa etiam in morte reseruat impositas pœnitentiã, fateor me nõ intelligere, quomodo alias, q̃ iuxta Canones imponendas asseras. p̃cedẽte em̃ conclusiõẽ admisisti, morituris pœnitentiã Canonicas non imponi. Hic rursus dicis, Papam nõ remittere pœnitentiã, nisi forte intelligas (ut inferius) pœnitentiã a sacerdote, uel a deo inflictas, nõ excipi articulo necessitatis. Sed de iis iam supradictũ est, q̃ pœnas a deo inflictas non sit ecclesiæ, uel reseruare, uel relaxare. & sacerdotis impositio, mere est arbitraria. Verũ si ita sapias, figmẽta illa cõmunia sequeris, q̃, quia sacerdos incertus est de quãtitate pœnæ infligendæ, ideo morituro nõ potest omnia soluere, sed relinqt hoc Papæ. Primum, quis credat, q̃ de9 a morituro requirat aliam q̃ mortis pœnam? quã solam sufficere dicunt, ad plenariã remissionẽ omniũ peccatorũ & pœnatum, si uolenter fuerit suscepta. quod uerissimũ est, quia preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Secundum, si ignorat sacerdos quantitatem infligendæ pœnæ, quis eam certam facit summo Pontifici? At inquis, huic dictum est, Quodcũq; solueris &c. Respondeo, nonne & quilibet sacerdos eiusdem uerbi

C

uirtute soluit? Hæc & iis similia, nō nisi ex opinionibus dicitis,
& in ecclesia dei docetis, q̄ probare prorsus non potestis.

¶ Ad decimam, Arguis me admittere, qđ in aliis damno.
nempe, qđ anias ad purgatorium addico, dū solū iniūctas dico
remitti pœnitentias. Respondeo ut supra, Non remitto eas
ad purgatorium, sed iustitia uel rigor dei, quē potestas ecclesiæ
tollere non potest, nisi oratione, nō potestate clauis. Deinde
suadeo, ut fortiter moriantur, quod eos tutiores faciet a purga
torio, q̄ omnes omnium indulgentiæ.

¶ Undecimā præteris. Ad duodecimā dicis, etiam nunc ante
absolutionem pœnitentias imponi, ut c. dudum.

Respondeo, Non tenes quod uolui, quæ & culpa mea est,
quia non satis me expressi. Sed nec oportuit, cum disputatio
nem proponerem. Sensus meus est & fuit, qđ olim non absol
uebantur ante pœnitentiā expletam, quod ex eo poteris intelli
gere, quod subiunxi. tanq̄ tentamenta ueræ contritionis. Nō
enim seculo, ubi solum imponitur, non autem impletur ante
absolutionē, non potest explorari, an uera sit cōtritio. Et utinā
ille uetus mos reuocaretur.

¶ Ad tertiā decimā, Concedis uerū esse per mortem omnia
solui, ubi ex Canone tm̄ pœna debet. Qz si eam quā imponit
Canon, etiā diuina iustitia exigat, purgatoriū neges, necesse est.

¶ Respondeo, Siue iustitia exigat, siue non. Nihil hoc ad cla
ues Ecclesiæ. Sed ad orōnes dūtaxat. Sicut Iacobus dicit, qđ ora
tio fidei Ecclesiæ saluabit infirmū. & si in pētis fuerit, remittent ei.

¶ Secūdo, fieret tunc Ministeriū Clauū aliud nihil, qđ nego
tium perambulās in tenebris, quia solueret, nesciens qđ & q̄tū
solueret, qđ mihi certe satis absurdū uidetur. Nam iudiciū ferri
non debet super re prorsus incognita. Claves em̄ rem certam &
solidam operari debent. Sed iam satis supra, & alibi.

¶ Tertio, Nō sequit̄, ideo purgatoriū a me negari. Sed solū
qđ purgatoriū uirtute clauū non possit solui, ut infra.

¶ Ad Quartā decimā & quītam decimā, ubi disputauī, quæ
mihi uidereſ esse pœna purgatorii, scz horror & timor, ac ppe
desperatio. Tres mihi falsitates imponis & temeritatem.

¶ Respondeo ad temeritatē prius, Eiusdē criminis reus me
cum es & tu, & S. Thomas, immo Thōas oīm maxie. Qui per

omnia ferme sua scripta aliud nihil facit, quā disputat. & quod grāde est, etiam ea quæ fidei sunt/in quæstiōes uocat, & fidē uertit in utrum, ut nosti. Cur ergo mihi: quæso: nō permittis disputare de iis rebus, quæ sunt dubiosissimæ & nō determinatæ. Nūquid ego Ecclia sum, immo plusq̄ Ecclia, ut meæ disputatiōes diffinitiōibus accipiantur? Sed consuetudo ista est Thomistica, q̄ omnia asserere soletis, etiā quæ disputatiue pponitis, aut in Thoma legitis. ideo & me assertorem credis, non disputatorem. Verū ut uidebis i declar. si i ulla meæ ppositionū parte disputo, hac parte maxime disputo. & ita disputo, ut meā sententiā firmi⁹ probare mihi uidear, q̄ tua opinio sit pbata. nō tamē diffinitio, sed iudiciū Ecclesiæ expecto. Ideo ignosco tibi, q̄ me hæreticum uocas, sciens hunc esse morem Thomistæ, ut hæreticus esse, uelit, nolit, cogat: dumtaxat apud Thomistas: qui opiniones Thomæ non fuerit secutus. Nunc reliqua.

¶ Prima: inq̄: falsitas est. q̄ aperte innuo, eos qui in purgatorio sunt, nescire sese saluandos esse, ut & XIX. ppositione dixi. Tu uero cū diuo Thoma, cui⁹ doctrina per regulam fidei ecclesiā Romanā & discussam, & pbatā dicis, ponis, q̄ sciūt se liberādos, alioquin suffragia nō expeterent.

Respondeo, Rem ipsam omitto, quia disputo, & infra XIX. cōclu. nō omnes esse certas dixi, licet aliquæ forte cognoscant, de quibus late in declara. si peruenerit, aut peruenient in manus tuas. Nam id credo me probare & probasse, q̄ nō omnes sciant se esse saluādos, ut testantur exempla multa, de animab⁹ euntibus ad iudiciū &c.

¶ Probationes tuas tantum uideamus. Primo, autoritatē B. Thōæ inducis, cuius sententiā, sententiā sctōre uocas nūero plurali, forte reuerentiæ causa. Et ut huic credā, dicis a Rōana Ecclia Regula fidei pbatū. Miror, q̄ inter tot Eccliaē doctores, nō aliquādo aliū quoq̄, aut textum scripturæ iducas. ideo per fundamentū secundū, iterum tam te, q̄ Thomā reiicio. Quia & Aug. recept⁹ est ab Ecclia magis q̄ S. Thomas. Paulus autem maxie, qui fundamentū meum primū est.

¶ Secundo, miror quid uelis, q̄ Ecclesiam Ro. fidei regulā uocas. Ego credidi semper, q̄ fides esset regla Romanæ Eccliaē & omniū Eccliarum, ut Apłus Gal. VI. Et quicumq̄ hanc regulā

secuti fuerit, pax super eos &c. Rogo eousq; digneris adfari Ro. Ecclesiae, ut ea permittas discipula esse fidei, quae reguletur fide, non regulet fidem. Sed forte haec uerbi est cotrouersia. Quia regula fidei improprie locutus uocas, quod ad eam fidem, quam Ro. Ecclesia profitetur, omnis fides debet conformari. Et placet mirifice. Nam & ego gratias ago Christo, quod hanc unam Ecclesiam in terris ita seruat, in genti (quod solum possit probare fidem nostram esse ueram) miraculo, ut nunquam a uera fide, ullo suo decreto recesserit. nec tot Barathris pessimorum morum, diabolus tamen efficere potuit, ut penes hanc non maneret ab origine, sua Canonorum Biblicae librorum, & Ecclesiasticorum patrum & interpretum autoritas, & autoritatis sincera professio. licet sint forte nimis multi, qui priuatim his libris prorsus nullam habent fidem, nec eos curant, aut legere, aut intelligere.

Tertio, illam consequentiam tu ipse quaeso perpende, Animae expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuiisti ne tu ipse aliquando in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatis, in quo nesciebas, an tibi esset pereundum, an emergendum? Si fuiisti. Recordare quaeso, quam anxie quaesieris auxilium & consilium, eo maxime, quod ignarus fuiisti auxilii & consilii. Et (ut ille ait) Una salus tibi fuit, nullam sperare salutem. Si non fuiisti. obsecro, uelis credere iis qui fuerunt. Vbi est ergo argumentum tuum, Petunt suffragia, ergo sciunt se saluandas. Quid si petrarium uerius sit, petunt suffragium, ergo ignorant se saluandas? Sic inquam potest fieri, ut a facie aeternae irae horreret timeant perire, & in lacum ire sempiternum. Et ne intrent, orare & suffragium quaerere. Hoc Ecclesia uidet sentire quam pro eis orat, ne absorbeat eas Tartarus. Item Libera eas de ore leonis. Ecce in ore leonis iam iam deglutientis, & in absorptione Tartari eas esse, Ecclesia protestatur. Sed latius ubi dixi.

Secunda (inquis) falsitas est, quod qui purgatur timeant, propter quam filialiter, quia timor est de futuro malo. &c.

Respondeo, tuo te gladio peto. Temeritas est in iis, quae nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid diffinire nostra autoritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui sine autoritate tanta fiducia pronuncias, non esse in purgatorio, nisi filialem timorem. Thomam enim non audio. Secundo, Video te eo errore laborare, quasi possit esse filialis timor in uia tam purus, ut nullum cum eo mixtus sit timor seruilis poenarum, quod iuxta Scrip. & Ec-

clesiasticos patres non est possibile, cum nulla uirtus perficiatur nisi in patria. Et hæc meæ positiōis causa est, q̄ anīæ sunt imperfectæ charitatis, habētes mixtū timorē pœnæ, id est seruilē. Aut doce me, quomodo de pœna doleant, si non timent eam, si non dissentiant ab ea. nisi diffinitio doloris B. Aug. alia est in purgatorio, alia super terrā, qua dicit, dolor est dissensio animi ab iis rebus, quæ nolētibus nobis accidūt, dolent ergo. Sed hoc fit, quia nolunt, si nolunt, seruiliter timēt pœnam. Tu cape, ego nec fingere possum, q̄ qs doleat de pœna quā nō tēat, aut horreat. Tertio, Id uero q̄ acute dixisti q̄a tior sit de futuro malo. Animæ aut sunt in p̄sentib⁹ malis. Si cogitare posses, uel gustafes uitæ futuræ unam guttulam, non ista diceres. Oīa sunt illic p̄terita, omīa p̄sentia, omnia futura. Breuiter, quia hæc sūt ignota tibi, Hoc est quod dico, quia pœna purgatorii est timor futuri mali, idest horror damnationis. Sicut supra exemplum dedi de iis, qui in periculo sunt constituti.

Quarto, q̄ si solus iste horror satis esset pœnarū, impi⁹ esset deus, qui alias p̄nas adderet. obsecro, creatorē tuū modestius nominare uelis misera creatura, nunquid ideo deus impi⁹ esset, quia nō secundū caput tuū, opinionibus Thomisticis differtū, ageret? Deinde, nec me intelligis. nō dixi hanc pœnā esse sufficientē, idest omnē quā patiuntur animæ, nec de aliis pœnis disputauī. Sed hanc solā animæ tantā esse, tam uehementē, ut sola possit uice purgatorii esse, cū in ea sit omnis pœna. immo aliæ pœnæ seorsum, nihil sunt ad istam, ut dixi in decla.

¶ Decimā sextā Conclusionē, ubi purgatorium dixi uideri prope desperationem, Tu contra, certam spem salutis in purgatorium ponis. Et hoc nō, nisi nuda Thomæ auctoritate, qd̄ remitto ad fundamentum meū secundum. Secundo, uehementer dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsius sententia sit, q̄ homo nescit, an amore dignus sit. Tertio, Hanc cōclusionem ex supradictis apertā relinquo, q̄ morituris & periculo pressis, licet nondū sit desperata, prope tamen, ac uelut similis est desperatæ, sal⁹. Oīs em̄ timor pars qd̄ā ē desperatōis.

¶ In Decima septima, ubi ex consequenti animabus augeri necessario charitatē dixi, tu pulcherrīo Aristotele mihi occurris q̄ uno incōuenienti dato, plura mihi contingerent, scz, nō mi-

nus absurdū esse, q̄ timorē seruilē in animabus posui, q̄ charita-
tis augmentum. Deinde tu q̄ optimas tuas cōuenientias profe-
cutus cum B. Thoma, contrarium asseris. nihil allegans aliud
: pro more tuo : nisi noua uocabula, scilicet, q̄ animæ secūdu
Thomam, sunt uiatores secūdu quid, non simpliciter. Quis
dixit tibi & Thomæ, esse eos uiatores secūdu quid, nō simpli-
citer? An Aristoteles in Elenchis suis? quis temeritatem : ut tu
uocas : tibi permisit, scrutandi eius, ad quod nulla suppetit no-
bis ratio, naturalis præsertim, cum non disputes, sed definias?
An illa tua fortissima ratio, qua dicis, Alioquin, bonū esset eis,
diu esse i purgatorio, ut perfectiores & cōsumatiores euaderēt.
Hoc argumentū credo nō posse fieri nisi a Thomista, tantū ha-
bet acuminis. Nam ex eo etiam sequeretur, bonū esse, ut null⁹
sanctorum moreretur, Et ut martyres usq; in diem iudicii, car-
ceres & unguas sustinerēt. quia si charitas potest augeri in statu
in quo sunt, bonum est, ut diu in illo maneant. hoc est, sem-
per moriantur pro Christo, quo perfectiores euadāt. Hac tu: ut
dicis : nō sequēs uocum nouitates, sed uestigia sanctorum.

¶ Decimam octauam, ubi uidebas me petere auctoritatem
scrip. uel ratiōis/omittis, nisi q̄ auctoritate sanctorum: plurali-
ter : idest sancti Thomæ, dicis fieri argumentum probabile.
Concedo esse argumentū probabile id est dubium & dialecti-
cum, cui nō sit necessariū accedere fide. Et hac tua professione
obstrictum uolo, ut quoties mihi diuum Thomā adducis, sine
scrip. sine patribus, sine ecclesia, sine ratiōe loquentem, memor-
sis, te dialecticum nō Theologum agere, idest, probabilia tan-
tummodo tradere, nō credibilia. Quid ergo? Hoc pacto iam
omnino conuenimus in unum, & finis est disputandi, quia hoc
quod affirmas tu, ego nego. uis ergo ut sistamus? nam dein-
ceps, præter diuū Thomā nihil ponis, nisi, q̄ aliquādo me con-
uitiis insectaris. ubiq; autem inuidiosum Pontifici me facere stu-
des, sed transiliam breuiter.

¶ Decimā nonam præteriens, dicis idem, quod supra ad
decimā quartā & ad decimā quīrtā dixisti, quo & ego te remitto.

¶ Contra uicesimā dicis, summū Pontificē posse remittere
pœnā tam impositam, quā nō impositam, ut edocet diu⁹ Tho-
mas. oppositum autē dicere, est hæreticum, & contra priuilegiū

datum Petro. Respondeo, Nego, & ratio negandi dicta supra Con. quinta. Hæreticus autem ero, si postq̄ Ecclesia determinauerit, non tenuero.

¶ Ad Vicefimã primã, me cõuitio pūgis, ideo transeo.

¶ Ad Vicefimã secundã, ea dicis quæ supra Con. quita sũt confutata. Nego esse factum & doctrinã Ecclia, relaxari pœnas purgatorii per uiam indulgentiæ. q̄q̄ admiror, q̄ hanc propositionem non approbaueris, qui superius docuisti & admisisti, Animas in purgatorio non soluere Canonicas pœnas, ut dicit mea hæc propositio.

¶ Ad uicesimã tertiã, longo uerborũ tractu repetis id, quod supra tractatũ est, propositiõẽ VI. de attritione & cõtritione. qđ̄ ibi dixi, hic dictũ puta. Nõ est enim fundamentũ Theologicũ ex attrito fieri p̄tritum uirtute Clauium, sed erroneã. deinde attritio seu dolor ille imperfectus, non est idem quod uelle habere dolorem & grã dei. Sed, uel est simulatio fallax, uel est initiũ gratiæ uerissimũ. Sicut B. Aug. ait, Desyderiũ grã e initium gratiæ. Et alibi. Velle esse iustũ, est magna pars iustitiæ. Immo Ap̄li in eo gradu permanserũt, Ro. VII. Velle mihi adiacet, perficere non inuenio. Non ergo attritionis, nec liberi arbitrii, sed gratiæ est tale desyderiũ, ante omnẽ uirtutem Clauium.

¶ Secundo facillime admitto, q̄ dicis, Indulgentias conferri posse etiã imperfectissimis, nec hoc negat mea p̄positio, immo ego credo, q̄ remissio pœnæ sacerdotalis potest conferri indignis & non p̄tritis. Sensus aut̄ meus est, q̄ nulla omniũ omnino pœnarũ, tam a deo impositarũ, q̄ ab homie, nisi perfectissimis potest dari, immo nullis in hac uita. manet em̄ pœna mortis, dolor cordis &c. Et nullum est dubium in hac propositiõẽ. Experientia teste, & omnium sententia.

¶ Ad Vicefimã quartã, Negas falli populũ, si modo attriti cõfiteantur &c. quod ut supra de attritione dictum est, reiicio.

¶ Secundo, q̄ addis, alia opera bona nõ esse relinquẽda p̄pter uenias, cum nullus pro certo sciat, se uenias assecutũ. Item, quia et si illi ueniam non cõsequunt̄, pium tñ opus faciũt, quod eos salutem disponit.

¶ Respõdeo, O miserũ patrociniũ ueniæ, obsecro, si incertum est p̄sequi nos uenias, quid facimus? quid doces? Ap̄las

prohibet, ne in incertū curram⁹. Hæc tua apd̄ me uerissima sunt, immo apud omnes. Hinc est, quod ego tota fiducia suadeo hominib⁹, ut relictis ueniis, inuicem bene faciant. quia hic sunt certi, sese gr̄am dei p̄seq. Illic uero incerti, an gr̄am hominis p̄sequant̄. Hic tandem dicis & sentis ad om̄ia uota mea, immo plus q̄ uolui. Ego qui hæreticus, perfidus, errone⁹ accusor, nunq̄ tam uiliter de indulgentiis locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quæso donum incertū, nisi nullū donum? Quare ergo tot pompis irritat̄ uulg⁹, ad incertū suū bonū, quod ad certissimū bonū sine pompa potuit induci? Hoc modo peius fallit̄, nō maior pars popli, s̄ tot⁹ popul⁹. Quid si ego ista dixissem?

¶ Secundo, Vbi nunc est potestas Papæ, ubi uirtus Clauū, si non nisi incertū operant̄? Iam Ch̄rus nihil dedisse uidetur Ecclesiæ, qui nihil certum ei dedit. Eo scilicet peruenit res ecclesiæ studio scholasticæ Theologiæ, ut quæ donata sint nobis, nesciamus. & id profitemur nos nescire, cōtra Apostolū. I. Corin. III. Sed uide meas decla. Credo me id effecisse, ut intelligi possit, quid clauēs, & quid non operentur, idq; non incerte, sed certe.

¶ Tertio. Altera lacinia frigidi hui⁹ patrocini tui, miseratū ueniarum est hæc, q̄ & si illi uenias nō consequantur, tamē piū opus faciunt &c. Volo p̄mere, quæ hic cogito. tu quæso uide quid dicas, & quid inde sequatur. Hoc dico interim, nō potest populus ad piū opus induci, nisi spe incerta ueniarum? Dic hoc populo, & uide, si unum obulum pro tali ueritate consequaris. Quis em̄ p̄ incerto, certū labore? Id̄o necesse est p̄cōib⁹ ueniæ, hæc ueritatē nō docere. et tñ nō fallit̄ maior pars popli. Ad has impias fablas peruenim⁹, dū docem⁹ poplos, nō in certissimā & nudissimā misericordiā dei, sed in pprias iusticias incertissimas, immo nullas confidere.

¶ Quarto, sic ueniæ essent p̄ mortuis solidiores q̄ pro uiuis, quia tua sententia p̄sunt defunctis certissime, uiuis autē incerte. Et tamē p̄ uiuis sunt principaliter & directe institutæ. q̄ si directe non sunt nisi incertæ, quō quæso certæ sunt, qñ sunt indirectæ? fateor hæc etiam in Glo. li. V. c. quod aut̄ posita, Primo me mouerunt, ut de indulgentiis dubitarē. Et quō nō dubitarē, cū dubitare iubeat̄ a tātis ueniæ tutorib⁹, doctorib⁹, p̄cōib⁹?

¶ Quinto, Vide, ne popul⁹ piū opus p̄ ueniis facere doct⁹, nō

est, optimū dicere. Igitur uenias quærant qui uolunt. sed exhortetur plus ad meliora, id est, ad ipsa optia satisfactiōis opera. Sicut uirgini permittit Ap̄tus nubere, Hortat aut magis, ut uirgo maneat. Tales & tam discretos ueniarū Buccinatores, qui separēt preciosum a uili si dederis, nihil est, quod dissentiam⁹. paucos aut dabis, aut aliquot ex ipsis, mendicos facies.

¶ Ad Quadragesimā, cū S. Thoma (timui em̄, ne cū S. Paulo uel Aug) cōfutare conaris, alterū meum (ut dixisti) falsum præceptum, scilicet, q̄ uera p̄tritio, pœnas quærit & amat. Et distinguis duplices pœnas (sicut et supra fecisti) Primo, q̄ diu pœnas dare pro sceleribus, est alicuius boni allatiuū (ut in p̄senti uita q̄n meritorium est) uera p̄tritio amat pœnas, ad meredū & p̄cauendum a peccatis, sine tamen p̄temptu ueniarum.

¶ Respondeo, Gratias ago tibi q̄ maxias. Nunqd ego aliud uolui, q̄ qd̄ tu hic dicis? Cur ergo supra hoc p̄ceptū falsū afferebas? An idē apud te diuersis locis, & uerum & falsum est? Rogo si mihi nō uis credere, crede aliq̄n ueritati (ut Aug. ait) per os tuum loquenti tibi, fortassis ignoranti & inuito. Admitto optimā istam confutationem falsi p̄cepti mei, qua uerissimū esse astruitur. Sequeris, Quia utrunq; melius est, q̄ alterū &c. Magne deus, q̄ta est uis ueritatis, ut oim se fortissime tueatur, per os detrahentiū sibi. Tu q̄ bonis es disciplinis institutus Theologus, doce me quæso, quō hæc duo siml stare possint, amare & q̄rere pœnas & satisfactions. siml etiā remitti, & q̄rere indulgentias? Quia unum illoꝝ (ut ais) sine altero minus est, utrunq; autem melius est, id est, ut siml satisfacias, & simul omittas satisfactiōnem. quod est aliud nihil, q̄ cum ratione (ut ille ait) insanire.

¶ Sequeris, Vbi uero pœnæ nullum bonum afferunt, sed retardant a bono gloriæ, pœnæ nō assumuntur, &c. De his cōclusio mea nihil dixit. sufficit mihi, q̄ etiam tuo testimonio sit uerissima, pro hac uita. Nisi q̄ iterum doleo Diui Thomæ uicem, & miserā suæ discordiæ sortem. Quia hanc p̄clusionē probat i Italia, & damnat in Germania. Secundo, istud figmentū tuū est, q̄ pœnæ i purgatorio nō afferant bonū. p̄trarium enim superius tenui & defendi, usq; ad determinationem Concilii.

Tertio, Ratio tua nihil ualet, q̄ etiā pœnæ & opera hui⁹ uitæ retardant a bono gloriæ, & tamē assumunt. immo (ut quidam e

E

tua secta, doctissim⁹ Doctor Iohānes Taulerus ait) Si cœlū coram te apertum esset, adhuc intrare non deberes, nisi primū uoluntatem dei super introitu consuleres, ut etiā in gl'ia, non quæ tua sunt, q̄ras. Sed hanc sententiā uerissimā & Theologocissimā, absit, ut probet Scholastica Theologia.

¶ Ad quadragesimā primā, dicis, uerū me docere, & gratias ago. Addis tñ, q̄ non minus caute sunt improbāda & restringēda ueniæ ī piudiciū Aplica facultatis. Et tu quoq̄ ueꝛ hic dicis. Immo, nec caute, nec incaute sunt improbanda, sed permittēda, ut quærat quo uolet, tantū, ne tam magnū quis se consecutum confidat, quin maius potuerit consequi.

¶ Ad quadragesimā secundā & tertiā, conaris id persuadere, q̄ Pontifex per uenias puocat ad pium opus. Et melius esse op⁹ pium cum ueniis, q̄ alterum solum.

¶ Mihi lōge alia mens est. Meli⁹ puocaretur fidelis ad ipsam satisfactionē sine ueniis (ut supra coactus es cōcedere) id est, ad multa bona opera, q̄, q̄ prouocatur ad unum illorū cū ueniis, id est, remissione multorum. permitto tamen ueniis ita prouocari, Sed dico, q̄ sit incōporabiliter min⁹, ideo mea cōclusio uerissima. Secundo, erroneum est, q̄ opus cum ueniis, uel grā ueniarū, melius sit, q̄ sine ueniis. Quia, si satisfactio est m̄tra & optima merita, quō opus unum, cum tot meritorū remissionib⁹ melius erit, q̄ ipsa tot merita? Loquamur quæso cū iudicio, & Chriana libertate. Neq̄ enim poteris dicere, indulgentias aliud eē, q̄ remissionēs satisfactiōis. rursus, satisfactiōē nō potes aliqd̄ asserere, q̄ multa bona opera, ieiunii, orationū, eleemosynarū. Sufficit ergo, quæsumus, ut permittamus per unum opus bonum, multa bona opera remitti. non etiā eousq̄ cōmendemus ut melius esse unum multis, credatur. Tertio, idem ē, qd̄ deinceps dicis, q̄ cæteris paribus, melius est dare Eleemosynā gratia ueniarum, q̄ gratia meriti præcise. id est, melius tibi uidetur, ut homo, uno bono opere & merito, faciat se uacuum multis bonis operibus. erroneum hoc & impium esse: pace tua: credo. Semper tu id conaris, ut ueniæ, nō permissiones & licētiæ quædam, sed perfectiones esse uideantur. Scis autē, q̄ licētia om̄is, nullā habet laudem, nec exhortationes, nisi q̄ non peccatum est, & infirmorum, potius pigrorum solatium. Immo, ut ille

uerissime dixit, Licetia omnes deteriores sumus. Ita in ueniis, quomodo potest melior fieri (cōcomitater ut tu dicis) qui per eas tot meritis fit minor? & solum permittitur esse deterior, tu autem & suadere uis, ut sit deterior. Sed uideamus tamen probationē tuam, quia ibi (inquis) scilicet in opere pro ueniis duo bona sunt, scilicet, meritum & sublatio impediētis. Hic uero unicum est &c.

Respondeo, q̄ studiose claudis oculos, & in aperta luce quæris tenebras. fateor, duo bona sūt ibi, id est, meritū, & remissio multorū meritorū, quod bonū est pigritiæ carnis, & damnum optimū, optimorū bonorum. & sublatio quidē impediētis, scilicet ad peiora. Secundo, hic, id est in opere sine ueniis (id est permanēte satisfactiōe) nō unicū est tantū, sed tot, quot sunt in tota satisfactiōe, quæ est optima & meritoria, sublatio omniū impediētiorū gloriæ. Et quid multa? si tua dicta recte intelligeres, uideres tibi esse causam assumptā uituperandi bona opera, & laudandi remissiones eorundem. quod horrendissimū est in ecclesia audiri. Ideo cum fiducia, mihi sumpsisti causam laudandi bona opera, non tamen uituperandi uenias. Abstrahere uocabula hæc, indulgentias, uenias. & relicta opinione rem intuere, & uidebis, te nō bonum, nec bonæ causæ patronū. Quid enim potest, etiā ipsa ecclesia, ex ueniis facere, nisi remissionē satisfactiōnū? Quid autē potest satisfactiōnes intelligere, nisi optima opera meritoriaq; pœnas, & ipsa a deo præcepta? Quid ergo magnifacere præsumim⁹, quod in se nihil est, nisi permissio deterioris, ne peccetur ab infirmis?

¶ Ad quadragesimam quartam, Nouus interpret scripturæ dicis, pauperi posse negari eleemosynā sine peccato mortali, licet non sine ueniali. ideo conclusionē meā falsam &c. Gratias tibi agit, ut optimo patrono, insignis illa bælua Phylargyria, quia discit, se posse negare petenti eleemosynā sine mortali peccato. Proh dolor & horror horrendus, quid audim⁹ in ecclesia? Cur ergo Ioānes dicit, charitatē nō manere in eo, qui claudit uiscera sua a proximo suo? An charitas etiā recedens, nō relinquit peccatum mortale? Immo, Christus in iudicio, cur dānabit eos, qui esurientē non cibauerūt &c? Sed forte in persona impropriistarum ista dixisti. Est aliquis sensus uerus, quæ ex

India forte adduces postea, ideo interim expectabo. **Q**uod si dixeris, tunc cum ueniali peccato negari, quando pauper non eget, aut alias iusta est causa. Breuiter, si est iusta negandi causa, sine peccato negatur, sin est nulla, peccatum mortale est, negasse. Sic Euangelium, sic Apostoli loquuntur. Secundo, cur non pari, immo maiori studio exquiris, quomodo liceat uenias non redimere, ad salutem inutiles & non necessarias, qui tam periculose & acute exquiris, quomodo bona opera liceat omittere, sola necessaria & utilia ad salutem, denique precepta ab ipso deo? An obsequium deo te arbitraris prestare, si calunieris precepta dei & bona opera, tantum, ut uenias, nec a deo, nec ab homine preceptas, efferas immodice? Finge nullas esse uenias in ecclesia, sed omnes per se satisfacere, sicut olim fiebat. Rogo, utra facies tibi placeret? ueniarum an satisfactionum? Vel ergo, tu non recte intelligis indulgentias, uel mala simulatione moliris calumniam bonis operibus.

C Ad quadragesimam quintam, Iterum distinguis (ut uideris tibi) sufficientius, bona temporalia necessaria. Et tandem cum Thomistis nostris consentiens, dicis. Necessaria secundo modo danda pro elemosynis, sed solum in extrema necessitate. Rogo, ignosce mihi Reuerende Pater, uxor enim nimis, quod textum Apostoli Iohannis de necessitate, perditissime trahis ad necessitatem extremam. Quis dedit tibi potestatem, necessitatem illam, extremam facere? Sic diabolus insidiosissimus hostis, etiam sacras literas nobis illudit & perdit. Det dominus Iesus Christus ut nullus hominum, tibi & omnibus, qui hanc glosam tenent, tribuat, nisi dum perueneritis ad extremam necessitatem. ut discatis, scripturam sanctam incorruptam relinquere, uel penuria. Istam libidinem & luxuriam corrumpenda scripturae, iam ferme trecentis annis patitur ecclesia incomparabili damno suo, a doctoribus scholasticis.

C Secundo, Conclusionem meam ueram relinquis. Verum non capis quod uolui. tu in hoc recte sapis, quod necessaria secundo modo potest homo per uenias dare, quod admitto. Sed nostri ueniales pracones, de necessariis primo modo, suadent hominibus dare per uenias. Horum enim uox & litera (exempli gratia) sunt haec. Si haberes unam tunicam, uendere deberes, ut uenias redimeres. nec hoc

ptenti suadent, ubi quis necessaria prió modo nõ habuerit, tñ
alicunde mutuet, aut mendicet, etiã si sit uxor. deinde fratres me
dicantes quoq; suadent, ut corradant sine licetia pecunias. Hæc
sunt: mi pater: illa portenta, quæ apud nos crassantur. nihil nisi
impudentissima & rapacissima auaritia negotium hic agit, in
tantum ludibriũ Ecclesiæ Romanæ, ut hæc sola esset causa abũ
de satis, ut uniuersæ ueniæ tollerẽt. nec me falsa dicere credas,
nõ tm̃ uox & fama extat, sed & libri eorũ, i qb⁹ hæc passim legũt.

¶ Tertio, oĩa quæ suades & dicis, ea uel opiniõẽ uel simula
tione dicis, q̃ ueniæ sint aliquod bonum, de quo satis supra.

¶ Quadragesimã septimã, cum tibi esset uerissima, tamen
quia ppositũ tibi fuit, nullã nõ mordere: licet nullos dentes ha
beas: ad insignem adulationẽ Papæ uersus, admittis esse uerã,
sed ex Papa monstrũ faciens, tribuis ei utriusq; potestatis apicẽ,
scz, ut sit sif Pontifex & Imperator. Ita aut tribuis, ut possit im
perio iubere p fabrica S. Petri, ut pro cõmuni bono. Nunc autẽ
incõparabilem modestiã ei interim appingis, q̃ petit & remun
nerat. Hæc tua mollissima, sed nocentissima adulationẽ, id agis,
ut futurus aliquis Pontifex, laudem huius modestiæ pertasus,
ius sibi credat esse deglubendi totius orbis Christiani, idq; cũ
imperio & potestate.

¶ Secũdo dico, q̃ Basilica sancti Petri, est cõmune bonũ ur
bis Rõæ. Nostræ aut Basilicæ sunt nobis utiliores, & magis ne
cessariæ, quia non possum⁹ oēs ad Basilicã S. Petri cõuenire, uer
bũ dei audire, & sacramẽta percipere, qua sola causa ædificant.
Meliusq; esset, q̃ Basilica Sancti Petri nõ ædificaretur, q̃ q̃ Paro
chiales nostræ Ecclesiæ desolarentur. id autẽ agi uidemus & dole
mus, dum oĩm Ecclesiarũ subsidia, per indulgentias, ad insatiabi
lẽ Basilicã S. Petri trahũtur. Quare istas tuas frigidissimas cau
sandi ratiões, scz, q̃ Basilica S. Petri est toti⁹ Chriani populi bo
num, etiam rident Germani, sicut iustũ est. Cur non magis Basi
licam S. Iohannis matrẽ Ecclesiarũ, etiã bonũ cõmune uocas: sed
forte adhuc in futuris annis restat, ut oĩes Ecclesias Rõanas, de
inde & Palatia, nouissime, & muros, & plateas, & põtes, nostris
piis operibus, grã ueniæ factis, ædificemus, ut nõ sit finis exacti
onũ. Quare: mi pr: ego sicut debeo, suadeo homib⁹, ut primũ
uiuis tẽplis bñficiãt, deinde suas Basilicas, nouissime Basilicam S
Petri iuent. quia uestre Ecclesiæ non sunt nobis necessariæ.

¶ Ad Quadragesimā octauā a deo impingis, ut ueritate cōfusus, non possis inuenire qd dicas. tandē ad hanc descendis ineptiam. d. Tu Martie, si habuisses a dño nro bonū Episcopatū, cū plenaria indulgentia ad Ecclīæ tuæ reparationē, forte dulcioribus uerbis abundasses. q̄ quibus detrahis, uenias extulisses.

¶ Respōdeo, forte & tu spectas me ex anio tuo, quod conuicio ex eo, q̄ tam molliter adularis. Si ego ad Episcopatū aspirarem, certe non ea loquerer, quæ tu impatientissime audis. An ignorare me credis, qua uia episcopatus & sacerdotia ī urbe obtinentur, qñ hanc pueri in om̄ibus plateis orbis cantant? Deniq̄ nūc facta est rex fœdissima Roma. omitto reliqua, quæ hic, uelut tremēs & a ueritate fractus, disperdis potius q̄ loq̄ris.

¶ Ad Quadragesimā nonā, Eadē salua uenias utiles astruis, sed occasionaliter, scilicet, dū ania ex hoc in gr̄arū actiones affurgit. Quasi esses Rhetor, tā uarios & exquisitos locos inuenis. Cur nō etiā ad Balatū ouis dicis assurgere aniam occasionaliter, ad gr̄arū actionē? Aut q̄ laus ista ueniarū, qñ etiam de pœnis & malis iubemur laudare deū? Sed piget me pigra ista & inania cōmenta uersare. Illud uero q̄ uigil aduertisti? q̄ mihi ipsi cōtradixerim, ut qui uenias hic utiles, superius autē aliter uidear afferere. Dico utiles pigris, sicut oēs permissiones sunt utiles, ne peccēt si licentiā nō haberēt. Dico inutiles, ad p̄fectum salutis, quod pro tua uigilantia debueras ex eo uerbo intelligere, ubi dixi, si non in eas confidant.

¶ Ad Quinquagesimā, assumis causam p̄dicatōr̄ uenialium, sed astute. quia nō credis talia p̄dicata. Deinde, Pontificē cōmēdas, qui tam innocēs sit, ut nullus uiuat aut operetur indecēter. Tertio inueheris, q̄ fraternā monitionem nō p̄miserim.

¶ Respōdeo, si nō sunt p̄dicata talia, aut nō credis, qd æstuas ut defendas? Sine in uentū me disputasse. **¶** Secundo, Scio & ego optimū nos habere Pōtificē Leonē Decimū, & uelut Danielem in Babylone, ut cui sua inocētia, uitæ periculū aliqñ fecerit. Sed tu quæso dic mihi, Quis unq̄ tam innocēter uixit, ut null⁹ alius nō inique mō, sed nec indecēter operat⁹ sit, aut uixerit? uideris (nescio qd) maximū adulari uoluisse, sed inter dicendum & uerba, & sens⁹ te defecit. Forte uoluisti dicere, q̄ Leo decim⁹ id agit, ut nullus indecenter uiuat. qd cū uideres impossibile, in

ter uerba mutas sensum, & orationem sine sensu relinquis.

¶ Secūdo, dic mihi, Quis a disputatore unq̄ exoptulauit, ut prius eum moneret, p̄tra quē disputat? Cur etiā tu nō prius me monuisti, q̄n̄ tot nomib⁹ criminū me fœdare parabas? Cur Pōtifex in Decretis suis, non prius monet, q̄ statuit cōtra abusum quæstorū? Ego in cōmuni disputaui, neminē nomiaui. Si inocētes sunt, qd̄ q̄runtur sese tangi? Ergo nemo p̄dicet Euangeliū, uitia nēo carpat in publico, nisi prius ostiatim singlōs moneat.

Mihi miraculū est, eos esse innocētes, & tamē meis uerbis moueri. Sed uerū est illd̄ Diui Hieronymi, q̄n̄ uitia cōmūiter arguuntur, q̄ irascitur accusator est sui. Deniq; quō monitionē meā recepissent, qui etiā te patrono usq; hodie perstant innocētes? Noli quæso mihi mandare, ut innocentes moneam. Si uis autē ut moneam, iam alio accusatore non egent, quia tu patronus eorum nocentes confiteris.

Tertio, q̄ autē hæc facta sint (licet tu nō credas) testis est tota terra, testes & extātes libri. q̄ autem id fecerint, ipsi uiderint.

¶ Ad Quinquagesimā primā, sicut eadē repetis, ita eadē tibi dicta uolo, nisi q̄ me per talenta loqui dicis, qd̄ transeo.

¶ Ad Quinquagesimā secundā dicis, Vanā esse meā conclusionē, qd̄ ita p̄bas. Quia nullus tam stultus sit, ut sic faciat.

¶ Respōdeo, Quid ad te quæso, si nullus est tam stult⁹? sine me disputare (ut dixi) uel in uentū. Nunqd̄ ideo Decretales Pape sunt uanæ de abusionib⁹ quæstorū, quia tu nullū q̄storem cōtra egisse defendis? Sed p̄ senectute forte, ita & loq̄ris, & phantasiaris. Si null⁹ est q̄ sic p̄fidit ī līas, nullū tetigi. Eos q̄ sunt, uolui tangere, quos ego nō unū, s̄ pluriōs noui. & adeo stultos, ut nō solū de ariarū redēptiōe, sed de sua quoq; salute certi sibi essent, q̄a has līas haberēt. Deinde, Cur tuis Cliētulis non etiā persuades, ut aīam suā impignerēt, p̄ p̄ritiōe & satisfactione?

Quoties tibi : rogo : dicendū est, Impiū & auaritiæ ministerium esse, q̄ p̄ ueniis, tam exquisite, tam magnifice oīa tētant, ac si solæ essent regē. & p̄ necessariis ad salutē, p̄fus uix mutif. ¶ Tu cogita, an simplex popul⁹ nō discat p̄fidere in līas, tanto luxu & apparatu cōmendatas? Magnū em̄ cogitent necesse est, qd̄ tam magnifice p̄ponitur. Tu q̄ interim doct⁹ es, nō fidendū in līas, mox etiā simplicē populū eadē per seipm̄ discernere & in-

telligere p̄fidis, contra tot & tantorum persuasiões & irritablas
Tandē mihi minaris, maledicta, irrisiões, censuras. Quas & &
q̄re? noli minari mi pater. Ch̄sus uiuit, nō solū uiuit, s̄ etiā reg
nat, nō solū i cœlo, s̄ etiā i Roma, q̄tumlibet ip̄a furiat. Si male
dicar p̄ ueritate b̄ndicā d̄nm. Nō separabit me Censura Ecc̄iæ
ab Ecc̄ia, si iungat me ueritas Ecc̄iæ. Malo esse a te & similibus
(si ita perstes) maledict⁹ & excōicat⁹, q̄ tecū b̄ndict⁹. Nihil habeo
qd̄ possim perdere. domini ego sum. si perdor, d̄no perdor, id
est inuenior. Alium ergo quare, quem terreas.

¶ Ad Quinquagesimā tertiā, Stultū & ridiculū me uocas, iterū
tu sapiens dicis, Crebra raris cedere, & annalia festa Sanctōrū
celebriora esse, q̄ sabbatum uirginis matris.

¶ Respōdeo, Quo quo mi pater? Aut pluuius describit arc⁹,
aut flumen Rhenū, sed nūc nō erat is locus. Primū, non sunt
rara ap̄d nos, s̄ p̄tinua indulgentiarū negotia. Deinde, q̄ p̄por
tio, ut uerbū dei, qd̄ instantissime p̄cepit Ch̄sus p̄dicari, cedat
raris indulgētis? Si Ch̄sus ita nō iussisset, staret tua similitudo.

Item, nō pōt Papa iubere silētiū uerbi dei, qd̄ semel emissum
nō est alligatū, sed nec factū a Papa unquā legi. Per idē respon
deo ad sequētis cōclusionis futilem p̄futationē, ubi tu sermonē
ueniæ, esse uerbū dei p̄tēdis, s̄ improprie, scilicet, cū declarato
riis & hortatoriis. si uerbū dei dicis, q̄cqd̄ cū uerbo dei dicis, oēs
hæretici, oēs dæmōes, oēs hoīes, nō loquūf nisi uerbū dei. Quia
nihil tā absurde dici pōt, qn̄ uerbū dei misceri possit. Ego dico
q̄ sit uerbū homīs, & de remissiōe homīs p̄latū. q̄a uerbū dei ē,
qd̄ fide iustificat cor, & gr̄a; iustificatē p̄fert. sicut Ro. I. Virt⁹ dei
est in salutē om̄i credēti. Verbū aut̄ ueniæ, nō iustificat, nihilq̄
confert animæ, nisi q̄ dat licentiam pigritandi in bonis operi
bus, propter infirmos.

¶ Ad quinquagesimā quintā, dicis, hanc & similes esse pueri
les, uiri stomachati, & inferētis os in cœlū, & cōtra stimulū cal
citrātis. R̄ndeo ueḡe est, apud Syluestrū & Thōistas dūtaxat.

¶ Ad quinquagesimā sextam, auctoritate Thomæ, dicis the
sauros ecclesie, esse merita Christi, inq̄tū satisfactiões. Et idē
per idē p̄bas, & dicis. Q̄z aut̄ S. Grego. dederit aliquñ indulgen
tias, ut cōiter dicis, nō pōt p̄bari. Ideo nec S. Thomas aliquid
in hac re efficit. Ego quidē, nō cū uniuerso orbe me disputatūḡe

obtuli. quia nesciebā, q̄ positiōes meæ essent tā late uagaturæ. ideo noli mihi arrogantia hanc ascribere. Casus me in has res perduxit, ex quibus, cū silentio me eripere nō possum. forte de⁹ ita uoluit. Ego tamen istā cōclusionē nō asserui, sed & adhuc disputo, expectās cōciliū determinationē, sicut & oēs alias quæ dubiæ sunt, aut in controuersia hærent.

¶ Ad quinquagesimā septimā, mire q̄ pungeris, q̄ auaritiā paulū momordi. Nam & tu quoq; patiēti⁹ ferre potes, si p̄tra scripturā pugnare, q̄ p̄tra Auaritiā. Ideo & hic Pōtifici eximie adulator, inuidiā mihi p̄citare festinas. Quid mihi innocentiā Pōtificis obtendis? Nunqd ego eā ignoro? Aut si Auaritiā taxo, nunquid ideo Pōtificis innocentiā mordeo? Tu uide poti⁹, an impius sis in Pontificē, q̄ auaritiā & Pōtificis innocentiā in unam rem cōflas, dū morsā auaritiā, idē astruis qd̄ læsam Pōtificis innocentiā. immo, sub prætextu innocentiæ Pōtificalis, irrephēsibile nobis defendis auaritiā. Si sunt innocētes tui Clientuli, nō mordentur a me. si nocentes, cur defendis? Det tibi dñs, ut aliqñ refti⁹ iudices, melius uideas, & a me calūniando abstineas.

¶ Ad Quinquagesimā octauā, eadē reperis, quæ in antepcedente dixisti. Tua enim sunt uerba, ideo transeo.

¶ Ad Quinquagesimā nonā, iterū totus ardes. adeo ī cæteris om̄ib⁹ patientior es, p̄terq̄ ubi auaritiā tango, quā tamē, uelis, nolis, haud potes negare Romæ uersari, ne dicā dominari. ut tu quoq; mihi p̄pe fias suspectus, ne magis lucra q̄ aīas cures. iterim innocētissimū Pōtificē, ad inuidiā meā cōmendas, scilicet, ut tm̄ de⁹ innocentiæ, operculū facias neq̄tiæ. Id enim anhelas, ut mores Romæ arguere neminē sinas, nisi te interp̄te simul optimi Pōtificis innocentiā læsisse p̄betur. Quid uis? patronū te nocē Romanorū flagitiorū? Cur tu ipse non te quoq; interp̄taris læsisse Pontificē, q̄ aperte scribis Romanū clerḡ a prima uia perfectiōe declinasse? Sine me tuis tecū artib⁹ agere. Clerū Romanū mordes? At Pōrifex est pars, & quidē nobilior, Cleri. Ve tibi mi sero, q̄ talē ac tm̄ Pōrificē nō solū lapsum, sed a tota perfectiōe declinasse, & in perfidiā & hæresim abiisse, palam asseris. Id em̄ totū significat decliare, scilicet, a perfectiōe. Vides ne, q̄ pulchre & ego te Auxesib⁹ istis posse oppriere si adlari & calūniari uellē.

¶ Quæ ad Sexagesimā cū sequēte dicis, transeo. Nihil em̄ di-

F

cis, qđ non dictū sit prius. Ego pbabiliter posui, qđ Thezaurus i
culgētiarū sunt ipsæ Clauēs, ut in declara. Si lter transeo, Sexage
simā tertiā, qđ admittis eam esse ueram, nō tamē sine calūniā.

¶ Ad Sexagesimā tertiā, quartā, qntā & sextā, cū ueras esse nō
neges, neq; negare possis. Miror qđ ita excādescas, ut tot⁹ ignis
efficia ris. Mirabiliore disputatore nō uidi, ut quē ppōnes uerā
pl⁹ moueāt q̄ falsā, cū tñ ueritas q̄raf disputādo. Igit̄ sim Cāis,
fili⁹ Canis, dicax, nō excusat⁹ ab anathemate, nec mētis cōposi
tā, & si q̄ plura, p modestia tua senili habes. mō uera me saltē
momordisse pcedas, si negas dixisse. Hāc satyrā merui, nō quia
falsa, s̄ qđ uera dixi in auaritiā. Nō credidissē Romanā auari
tiā, tam tenerā & impassibilē esse, immo tam ambitiosam & ar
rogantē, ut innocentia optimi Pontificis uideri uellet.

¶ Ad Sexagesimā septimā dicis, me, deserto Pontifice etiam
donis spūssēti detrahēre. Ego miror te senē adeo feruere, ut nec
me, nec te itelligere possis. Ego nō dixi uenias nō esse utiles, sed
animā esse utiles nego, nisi quo mō licētiā & permissiones uti
les sunt. quod autem tu id blasphemiam dicis, nihil curo.

¶ Ad Sexagesimā octauā, Excusandos cēses eos, qui uenias
astruxerint maximas gratias, sed per Hyperbolen. Obsecro, cur
& me nō aliqua figura censes excusandū, qui nihil assero, sed so
lum disputo? Cur tibi facis, qđ mihi nō facis? Deinde, si sunt
per Hyperbolen excusandi, cur etiā nō sunt per Cyrologiā accu
sandi? cū ueritas hac figura q̄ maxime gaudeat. & ipsa, q̄ op
time ueritatis doctores deceat. illam uero, ubi possunt, fugiāt.
Immo, id unice q̄ror, qđ per Hyperbolen sunt loquuti. Si autem
uobis permittitis: mi R. P: iproprie & hyperbolice, & quoquo
modo libuerit, loqui, Cur nō & Iohānē Reuchlin integrū & eru
ditū uig, eadem æquitate tractastis, & aliqua figura excusastis?
Aut, si in hūc tam rigidi fuistis Cēsores, ut in syllabis innoxiiis,
inueniretis uenenū, certe nō permittef uobis, tam larga & libe
ra figurādā locutiōis licētia, ut falsa dicta p libito seminare &
interpretari possitis. Aut si qua uenia uobis dabitur, dupla huic
debetur. & eo absoluto, uos rei permanebitis. Secūdo, noua
usus distinctōe, putas me inexcusabilem, quia uenias appellaue
rim minias grās, cū sint & aliæ grā, & dona mīora, scz, bōa for
tunæ &c. Si mēte fuisses qeta, uidisses, cur hac addideri, ad grāz

dei & crucis pietatē cōparatæ. Ego cōparationē feci ad crucem,
Hæc q̄si nō uideas, nouā cōparationē facis ad bōa fortūæ. Si sic
ad iniquitatē & calumniā tm̄ uigilas, q̄s poterit tibi uerax uideri?

¶ Transeo, q̄ in Sexagesimā nonam cum tribus sequentib⁹,
amarulentus euomis.

¶ Ad Septuagesimā tertiam, nō nego quidē posse omnē ca-
sum absolui potestate clauis. Sed insanīā esse dixi & dico, p̄ ue-
niarū magnificentia, q̄ nihil profunt ad uitā, tam horrēda mō-
stra criminū, in exēplū uocare. & pro magnitudine potestatis,
leuicula facere. Ex qua insanissima ueniarū cōmendatiōe, fit, ut
uiles fiant cōtritiōes & uera pœnitētia. Boni p̄dicatoris est, p̄tā
(ut sunt) magna p̄dicare, ut misericordia dei magnificet. Aut
dic, cur nō p̄ cōtritiōis magnificentia, simile aliquid dicūt? sci-
licet, quia nō pecunias, sed paupertatē hi sermones affeēt. In re-
bus nō necessariis, nec utilibus ad salutē, sed tantū permissis,
honorificū putas, ī Ecclesia dei tot Auxesib⁹ tonare. cū nec Ch̄i
passionē, sic uelit Ecclesia p̄dicari?

¶ In septuagesima quinta, nō dixi Papā minorē Petro, imo
nolui, ut Papā & Petrū, negarēt maiores gr̄as h̄re, q̄ sint ueniæ.

¶ In septuagesima sexta, ut nihil omittas, quo me execrabi-
lem facias Pōtifici, & eū tibi uni adulantissimo ppitium, fingis
me Ironice, de tanto Pontifice loqui. Vides ne, quātus sit mihi
hic locus inuehēdi in te, in tuā pene dixissem. Sed reprimo me.
Arrige aures & audi, si saltē domi eas habes. Ego dico nō Ironi-
ce sed plane, q̄ oīs Papa habet maiores gratias, q̄ ueniæ sint, sci-
licet, Euangeliū & gratias curationū, & oīa, q̄ scribunt. I. Corī.
XII. Nō ī persona sua, sed in potestate sua, id est, eo modo quo
gratias ueniales habet. Nā & si sedlo dissimulas, nō tamē credo
adeo stupescis, ut uenias Papam in persona sua habere dicas, si-
cut uirtutes persōales. nisi dixeris, q̄ deposit⁹ Papa etiā oīa pos-
sit q̄ prius. Igit̄ q̄cqd est in Ecclesia donor̄ & misterior̄, dixi in
manu Papæ esse, ut ordiet, mittat, ponat, sicut corpori Ecclesiæ
expedire uiderit. Hæc aut̄ sūt incōparabiliter maiores gr̄æ q̄ ue-
niæ. Melius em̄ facit Papa, si bonū pastorem, Ecclesiæ prefece-
rit, q̄ si oēs sim̄l̄ indulgētias dederit. Tu aut̄ in personā tm̄ hui⁹
Leōis Decimi itēt⁹, sicut decet graphicū adulatorē, itelligis ī uer-
bis alienis, q̄cqd uolueris, & tm̄ detractor & calūniator eē nō uis.

¶ In Septuagesima septima mihi nō credis, qđ ad me per hoc nobis nō fit satis. oīa illoꝝ optimi ꝑsulis, nisi qđ respector perso- narū, mea solius, pessimi consulis.

¶ In Septuagesima octaua, nec excusatiōe me dignaris. Qđ est istud nouū Syluestrinū forū, ī quo reo negat excusatioꝝ. Sed obtorto collo rapit ad abiurādā hāresim, sit, siue nō sit hāreti- cus? Sed ubi uera mea nō potes negare, saltē personā meā omī studio ꝑtēdis oppriēre. utinā tecū mihi liceret, & corpuscū per- mitteret imbecillitas, corā de iis rebus ꝑferre, Nō dubito me tū tibi ostensurū, ut saltē modestiꝝ deinceps disputares. Hęc sat de ꝑpōnibꝝ. Cętera credo uidisti, aut uidebis, ī declaratiōibꝝ meis.

¶ Ad Quęstionū uero laicę ꝑfutatiōes uolui ꝑescere, sed ī- cidit & permouit perspectū iam tuū ingeniū, & auidū uictorię, & impotens pugnę, ideo si possum, paucis respondebo.

¶ Ad primā, cū lōgū illđ Taratātara īduxisses, ubi inter cę- tera etiā meritū ꝑgrui, & ꝑparationē hoīs ad grām, necessario ꝑ- cedere docuisses īfusionē grę, Quę hāresis iam qđe per Ecclīaz ꝑualida, copiosissime ꝑfodit a B. Aug. ꝑtra Pelagianos. & ī nra Vniuersitate cepit explodi. Tādē cōmemoras iustitiā diuinā nō permittēre euacuari purgatoriū. Et hoc ꝑbas autoritate sctōrū ī. Thōę. Ex ipso em̄ ceteri Theologi & Canonistę suxeit. His ita- ꝑ ꝑereētis, cū qstio ista laica adhuc staret, scilicet, qđ Charitas & necessitas eēt causę iustissimę euacuādi purgatorii, & hic to- tus nodꝝ eēt. Hūc sic soluisti fortiter, dicēs. Charitas aut Pōtifi- cis, & necessitas anię, nō est efficax ratio sic relaxādi iustitiā di- uinā, quā deꝝ talis necessitatis ꝑsciꝝ, & īfinitę Charitatis ac mise- ricordię uisceribꝝ plenꝝ, sanxit. Hęc tua solutio, omī glacie fri- gidior, Et (ut tuis disciplinis utar) petitio ꝑicipii tū effecit, ut si qs uelit tibi credere, sit ꝑetus. qđ nolit aut credere, nihil audie- rit nisi uacua uerba. Quid em̄ istis uerbis rñdisti, nisi qa deꝝ nō uult charitatē & necessitatē esse causas sufficiētes? Et nō ꝑbas de- um id nō uelle. Quia si deꝝ pecuniā, aut quodlibet tēporale (nisi forte nō sit ꝑsciꝝ etiā tēporis) efficacē reputat causam, Cur non etiā Charitatē ipam, ī quā oīa illa ordinari uoluit? Nunc si ego quęrerē, Cur ergo pecūia, aut tēporalis res, ē causa efficax? eadē ꝑicipii petitiōe, dicēs. Deꝝ ita uoluit. Si de uolūtate ergo dei di- sputādū est, scimꝝ, qđ nlla res mūdi sic placet, ut charitas. & qđ

charitati nō donat, nō p̄sumit ulli alteri causā dōare. Si at̄ alteri donat, m̄to maxie charitati. Et sic patet, q̄ etiā tu mecū succūbis ī ista q̄stioe. Obsecro te, crede mihi, sunt & ī laicis iudicia, & rāta, ut ego me p̄ntear ferme ter ī istis q̄stionib⁹ succubuisse. Et nihil retulisse gl̄ia, q̄, q̄ sibi uerba a me data dicerēt, sicut & tu hic facis mihi. Secūda solutio, m̄to frigidior & uanior est, nulli nisi tibi soli satisfaciēs. Priā (inqs) causa est, q̄ ul̄ porrigēs forte non fm facultatē ppriā porrexit, ul̄ nimis parce porrigit. Tolle ista accidēria, & pone, q̄ de ppriā facultate & sufficiēter porrexit. Hęc em̄ a te dicūt, tanq̄ lubrico, q̄ tēpus redimas, & exitū q̄ras, nihil em̄ sunt ad p̄positū. Ergo nō est causa, m̄to min⁹ prima causa. Alia, q̄ suffragia, si nō p̄sunt iam redemptis, p̄sunt tamē aliis. Hoc nō q̄rebat, sed hic est nodus. An omittēda sint officia nomiatim p̄ aiabus oblata, an noīa eorū nō p̄nunciari, nō ī oratiōib⁹ memorari oporteat. Hic respōde, q̄ si omittēda sunt, oīs deuotio uulgi deficiet, & sacerdotes fame p̄ficientur, nisi forte dixeris. Quid ad Romanos, q̄ Germani moriunt.

¶ Ad terriam iterum dicis, nō esse causam sufficientem, cui rursus opponitur charitas, ut supra, & permanet quæstio. nisi uelimus nuda uerba Syluestri, pro oraculis habere.

¶ Ad quartā, Mihi p̄ reglā tradis, factū & dictū Eccl̄iæ Rōanæ. Respōdeo, Si de uirtuali & rēpresentatiua tua Eccl̄ia loqueris nolo tuā regulā. Quia, ut supra dixi, Ex c. Significasti. Talis Eccl̄ia pōt errare. V̄is aut̄ Eccl̄ia nō potest errare, ut doctissime etiā probat Card. Came. in primo Sen. Deinde, Nec Papa usq̄ hoc dicit aut facit, qd̄ tu factū & dictū Eccl̄iæ uocas. promptul⁹ es æquiuator hui⁹ nomis Eccl̄ia, ideo maxie mihi suspectus.

¶ Ad Quintā dicis. Vbi m̄tæ sunt diuitiæ, m̄ti q̄ comedunt eas. Hoc est qd̄ querūtur, q̄ Rōa querit saturare pecuniis suos Comestores, & totū pene deuorat orbē. Cur nō minuunt̄ comestores diuitiæ? In fine itere facies ex Papa Imperatorē ī potestate & uiolentia. Sed Maximilian⁹ & Germania id nō nouerūt, ne q̄ credūt. fortissime aut̄ id negāt Turcæ & Tartari frustra. quoq̄ celeberrimū illd̄ & cōmune bonū, qd̄ est lapides & ligna, nobis iactitas. Nō enim per hoc soluantur laicorum quæstiones.

¶ Ad Sextam, sum tibi Hæresiarcha, quandoquidē potestatem tibi arrogas baptisandi mei, ut uolueris. Ago tñ gr̄as, q̄ ue-

rum esse dicis, nihil remitti iis, q̄ perfecte sunt p̄triti. Et scio nō oēs esse tales. Sed nō ideo intrant purgatoriū, q̄a p̄cenas debent quas Papa possit soluere, ut probabiliter tenui & teneo.

¶ Ad septimā dicis, q̄ duo bona adderent̄, Vnū, q̄ necesse esset fideles toties repetere causam, gr̄a cui⁹ dantur uenias, puta Eleemosynā &c. Scimus: mi pater: q̄ uos libēter uideretis, causam istā, una hora milies repeti. Hoc fere in Auaritiā bonū cedit. Nos quærim⁹ de bono dātis, qđ si est datio Eleemosynæ, meli⁹ id fit sine ueniis & gratis, q̄ p̄pter uenias, ut supra dixi. Tu autē semper imaginaris, uenias esse aliqd̄ bonū. Altere bonū (inqs) remitteret̄ nou⁹ reat⁹ p̄cenas, si qs post ueniā incidisset.

Respōdeo, q̄ iste reat⁹ meli⁹ tollit̄, sine ueniis. quia uenias nō sunt pro peccatis uenialibus necessaria. Si autē de mortali reatu intelligis, iā nullū est istud bonū, nisi cēties quis in die peccet mortaliter, qđ nullus facit uere p̄nitēs.

¶ Ad octauā, q̄ Papa suspēdit uenias & literas, dicis id fieri, pro structura oīm p̄clarissima. Et hæc tibi uides esse iusta suspētionis causa. Nec mirē, nō em̄ nisi q̄ Rōæ sunt, curas. Ego autē dico, sit illa structura honorabilior oib⁹, certe n̄ræ Ecclesiæ sunt magis necessaria. Ad pompā mūdi solū respicis, q̄si tūc Ecclesia sit p̄clare p̄uisa, si ligna & lapides in magnū erexerit cumulū. cū si uelletis, possitis ipsi Romani, Pontificē opulētissime iuuare. Sed aliorū sit iudiciū de tuis solutiōib⁹. Ego fateor, me nihil ex iis habere, qđ Laicis reddam, nisi maiores quæstiones.

¶ Ultio, tribuis Pontifici iterū, ut sit uirtualis Ecclesia, & Imperator, & Pōtifex, potēs & brachio seclari cōpescere &c. Ista opinioe tua stāte, uellē doceri, an etiā sitis hōicidæ? Cur ergo iura nō permittūt Eccl̄iæ, ad corporalis uitæ periculū p̄nitentiā imponere? Sed hæc alias & ab aliis. In fine dico, nō me terrebis ampullis, & mīaci strepitu uerborū tuorū. Si occidor, uiuit Christus dñs me⁹ & oīm, q̄ est b̄ndictus in secula. Amen.

¶ Ecce mi R. P. cursim & duob⁹ diebus, tibi hæc reddidi, quia uisa sunt leuicula, quæ tu opposuisti. ideo ex tempore, & ut in buccā uenit, tibi respōdi. Si uolueris deinceps retūdere, uide, ut Thomā tuū armatiore producas in harenā. ne forte tunc nō ea modestia excipiaris, qua hac congressione exceptus es. Repressi em̄ meipsum, ne malū redderē p̄ malo. Vale.

C Pauculas mendas : candide Lector : sic castigato.

In A.

Folio primo a tergo, uersu decimo quinto. lege, Gal. I.
Ibidem, uersu uigesimo scdo. lege, Illd' de pœ. & re. c. Cū ex eo.
Fo. II. a fron. uer. trigesimo prio. lege. Act. III. Pœnitementini & cō
uertimini &c. Nam & græce.
Fo. III. a tergo, uersu, IIII. lege, uirtuté tantū doloré &c.

In B.


Fo. primo a tergo, uersu uigesimo primo. lege, id est, diligis qui
dem, sed te solū & peruerse &c.
Fo. III. a fronte, uersu sexto. lege, li. I. de elect.
Ibidem, uersu decimoquinto. lege, abominabiles.

In C.

Fo. III. a tergo, uersu nono. lege, ratio naturalis, præsertim cū

C Si præter annotatos : Lector : errores, alios quoq;
deprehēderis, p ingenio tuo (ut soles) tractato.






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Dialogus
tri Pueratis Angri
de potestate Pape,
sio ff. Martini Lu
r Augustinēsis,
Quittenbergae.

